Schles.
Gesch.
IV
Da 188

S 4484

SL 12 a
II 14 a
SL 7 a 4 a

LEORINUM ERUDITUM,

In quo

VIRI, QUOS PROTULIT LEOBERGA SILESIORUM, SCRIPTIS ET ERUDITIONE CELEBRES,

CENTURIA QUADAM

COMPREHENDUNTUR AC BREVITER DELINEANTUR

Per

JOHANN-CASPARUM EBERTI,

Neokirch. Sileſ.

Eccleſiæ Evangelicæ apud Zdunenſes in Poloniâ Majore Miniſtrum.





Verkauft

WRATISLAVIÆ,

Sumptibus MICHAELIS HUBERTI, Bibliopolæ,

ANNO M DCC XIV.

VIRO

Plurimùm Reverendo, Clarissimo, Doctissimoque Domino,

DOMINO

M. SAMUELI SEELIGERO,

Vratislaviensi,

Ecclesiæ Dei apud Milicenses Augustanæ Confessioni addictos

PASTORI PRIMARIO,

Et Scholæ ibidem Inspectori

gravissimo atq; vigilantissimo,

THEOLOGO

De Ecclesiâ orthodoxâ

Zduni primùm in Poloniâ Majore,
Paschkervicii postmodùm in Principatu Olsnensi,
Milicii & hodienùm in libero Silesiorum Baronatu,

longe meritissimo,

Fautori, Compatri & Confratri

candido, germano & amando,

LEORINUM HOCCE LITERATUM

cum omni prosperitatis voto offert
& devoti animi documentum esse cupit,

AUTOR.

Hicce liber parvus vultum se sistit ad æquum,
Chartaque dat cultus nil nisi signa mei.
Te dudum ut colui, sic sum culturus in ævum,
O Tibi dent Pylios vivere fata dies!

Biblioteka Śląska
461536 I
Stadt- und Landesbibliothek Breslau

L. N. J!

(I.)

ADOLPHUS (CHRISTIANUS) (1) Parochus primum Micro-Neodorffenſis, (2) mox Eccleſiaſtes Kemnicenſis, (3) in Diœceſi Cervimontanâ, deinde Diaconus Gryphorinus, (4) & poſt quinquennium Paſtor, (5) hinc Exul, (6) ultimum Eccleſiæ Fridersdorffenſium Doctor in Luſatia ſuperiori, usque ad vitæ finem. Vidit lucem pridie Calendas Junii ann. 1598. (7) clauſit oculos 6. Aprilis Iduum anno Chriſti 1675. ætatis ſuæ 77. Miniſterii 55. (8) Theologus pius & eruditus ac Concionator ſuaviſſimus, Vir qui multas expertus fuit calamitates Belli, Peſtis, Incendiorum & Devaſtationum hoſtilium. Ejus extat Joſephus Gryphibergicus ex Geneſ. XLI. 39. editus Olſnæ anno 1647. 4to.

Dignus eras longos Pylii traducere ſoles,
Areolus etenim fluxit ab ore lepos.

 (II.) AL-

(1) Perperam itaque Chriſtophorus ſcribitur apud Henric. Groſſium in ſideribus Sileſiæ & Luſatiæ MSt. litt. A. (2) Anno 1620. à die 1. Aprilis. (3) Anno 1621. à die 4. Martii. (4) ab A. 1625. (5) per integra quinque luſtra. (6) A. 1645. (7) Patrem habuit Gideonem Adolphum, Paſtorem in Winſchendorff/ Diœceſeos Leorinæ pago per annos quadraginta, vide vitæ curriculum in concione funebri ipſi habita p. 74. (8) mortuum laudarunt Caſpar Lange, Paſtor Swärtenſis, Caſp. Damian Böttner, Paſtor Fridersdorffenſis, & M. Gottfried Böttner, Concionibus Exequialibus, quæ exierunt Görlic. 1675. 4to.

(II.) ALBERTI (VALENTINUS) (9) Phil. & S.S. Theol. Doctor, utriusque in Academia Lipsiensi Professor publicus, Consistorii Electoralis atque Ducalis, nec non Facultatis Theologicæ Assessor, Academiæ Decem-Vir, Alumnorum Electoralium Ephorus, Collegii B. Virginis Collegiatus, & Polonicæ Nationis Senior, (10) Vir certe eruditissimus, Philosophus acutissimus, (11) Poëta argutissimus, (12) Theologus modestissimus, sanissimus, imo sine pari, (13) in eo quippe fuit studium uberrimum, cognitio sacri Codicis exquisita, judicium acre, ingenium ad miraculum rarum, (14) homo præterea mira suavitate & rara mansuetudine præditus, (15) vagire cœpit Lehnæ in circulo Leobergensi (16) ipsis Idibus Decembris an. 1635. beatè obdormivit Lipsiæ die 15. Sept. an. 1697. (17) Multa reliquit scripta magnâ eruditione elaborata: Augustanam Confessionem & Anti-Augustanam contra Cardinalem

(9) Falso exinde Lucas Valentinus audit Corn. à Beughem in Bibliographia Juridica, p. 2. (10) vide Programma Exequiale Rectoris Magnifici Acad. Lipsiens. conf. Acta Erudit. Lipsiens. an. 1697. Mens. Oct. p. 485. (11) vid. Westphal. in disputat. de Ventis incendii temporibus orientibus cap. 3. & §. 3. (12) Leg. Erdmann Neumeister. in Dissert. de Poëtis German. p. 6. (13) vid. Thomasii Monatl. Gedancken/ ann. 1689. p. 115. (14) exinde non immerito dicitur: die ewige Zierde seines Vaterlandes/ein um die Kirche GOttes hochverdienter Theologus. In Exneri Quietismo sacro apud clarissimum Thomasium l. c. (15) quem ipsam mansuetudinem appellavit Christianus Daumius in Epistolis ad Hekelium p. m. 10. (16) Patrem nactus fuit Valentinum, Pastorem eo tempore Lehnensem, postea Exulem, teste Godofredo Hoffmanno in historia Pastorum Laubanensium, cap. 2. p. m. 182. & Nova Litt. Germ. 1703. p. 463. (17) Erroneè itaque eundem die 19. Decembr. Spiritum emisisse scribi Anonymus in der Nachricht von der Stadt Leipzig/ absonderlich von der Universität daselbst/ cap. 5. p. 136. prolixiorem ejus Biographiam exhibet celeberr. Pippingius, Decade 5. memor. Theologor. p. 669. seqq. Ex quo sua hausit, quæ habet M. Erdmann Uhse in seinen Leben der Kirchen-Lehrer/ p. m. 436. seqq.

lem Kollonitſch, Lipſ. 1688. 4to. (18) Examen Profeſſionis fidei Tridentinæ, nec non expoſitionis Doctrinæ Catholicæ Jacobi Beningii Boswetii in 25. Diſputat. publice inſtitutum Lipſ. 1692. 12mo. (19) Auguſtanam Confeſſionem Theticè & Apologeticè imprimis contra Jeſuitæ Johannis Dez Redunitionem Argentoratenſium Proteſtantium cum Romanâ Eccleſiâ, Lipſ. 1690. 12mo. (20) Coccejanismum & Carteſianismum examinatum, Lipſ. 1678. (21) Compendium Juris Naturæ & Gentium, (22) iis imprimis oppoſitum, qui Juris Naturalis principia ex Erroneis Hypotheſibus de primævo hominis ſtatu derivando in ſententias delapſi ſunt orthodoxæ Theologiæ contrarias, (23) Lipſ. 1676. & 1678. 8vo. (24) Intereſſe Religionum latinè Lipſ. 1686. 12mo. (25) & germanicè ibid. 1686. 12mo. Tractatum von der Religions-Freyheit der Lutheraner in Schleſien / Lipſ. 1672. 4to. (26) Bedencken über 12. Religions-Fragen. It. contra Frantzens Unbetrüglichen Weg des Lebens / Lipſ. 1687. 8vo. Ob die Lutheraner in Schleſien rechte Augſpurgiſche Confeſſions-Verwandten ſeyn? Gutachten über etliche Päbſtiſche Schrifften / Lipſ. 1679. 8vo. Antwort auf 60. Papiſtiſche Fragen / 1688. 8vo. De Conſcientia preſsâ cum Confutatione Conſcientioſi, (27) Lipſ. 1675. Spenerum eundem atque alium Lipſ. 1696. 4to. (28) Epigram-

(18) vid. D. Joh. Bened. Carpzovius in Præfatione ad D. Matth. Hoë Evangeliſches Hand-Büchlein / edit. Lipſiæ. 8vo. (19) vide Acta Eruditorum Lipſ. anno 1692. Menſ. Oct. p. 464. (20) Acta Eruditor. Lipſ. ann. 1690. p. 26. 27. (21) Hendreich in Pandectis Brandenburgicis p. 88. (22) Daumius in Epiſtolis ad Hekelium p. 65. (23) vid. Johann. Eiſenhart Inſtit. Juris Naturæ cap. 2. §. 18. & ex eo Tobias Magirus in Epinomologio Critico, p. 26. (24) Cornelius à Beughem in Bibliogr. Jur. p. 2. (25) Acta Erud. Lipſ. anno 1682. p. 47. (26) vid. Catalogus Bibliothecæ Jacobeæ Part. I. p. 47. (27) König in Bibliotheca, p. 21. (28) Nachricht von der Stadt und Univerſität Leipzig / p. 138.

mata vernacula & latina (29) bene multa, plures Disputationes varii Argumenti alio tempore prolixius recensendas, (30) & Panegyricum, quo Academia Lipsiensis Friderico Augusto, Poloniarum Regi, gratulationis solennia habuit, (31) editum Lipſ. 1697. 4to.

Alberti cecidit, sed vivit nuncia fama,
Hanc, quantus fuerit, consule, certus eris.

(III.) ARCONATUS (HIERONYMUS) P. L. C. primum Legatis Cæsareis ad Turcicum Imperatorem Comes, postea Rudolpho II. Romanor. Cæsari ab Epistolis Bellicis, (32) Vir spectatæ utique virtutis, varii ac facundi Ingenii, Memoriæ singularis, eximiæ Doctrinæ, Poëta suaviſſimus, neque Marte minus quam arte clarus, bellandi fandique potens, (33) qui manu suâ & arma tractare, & calamum ducere didicit, atque elegantiſſima Carmina fundere valuit, cujus si Poëmata vel oculorum fide arbitratus fueris, næ sponte tua Poëtis accensebis, &, quod in laude prima est, iis, qui ab Augusti illius seculi Numinibus non adeò abierunt. In Heroico equidem mollior est, in Elegiaco valde elegans, in Hendecasyllabis suavis & facilis, ut fusi videantur, non fabricati, in ambobus lepidus,

(29) Nihil equidem is junctim publicavit, sed profecto merentur omnia, quæ ex tanto calamo Epigrammatici Generis profluxerunt, ab omnibus publice legi. Innumera fere legimus (multaque MSta possidemus) & in tanta copia nullum, quod non fuerit argutum, & rei, de qua agebat, apprime accommodatum. conf. Neumeister l. c. & M. Mich. Filitzius in Specimine Analectorum ad Olai Borrichii de Poëtis p. 6. ed. Lipſ. 1696 4to. (30) Prolixiorem Catalogum dabimus Deo volente in Silesia nostra Litterata Litt. A. (31) teste B. Christiano Gryphio in Dissert. Isagogicâ de Scriptoribus Historiam sec. XVII. illustrantibus cap. X. §. 8. p. m. 532. (32) vid. Bartholom. Bylovius in Anagrammat. Cent. 2. n. 9. Curiosus Silesius in animadversionibus ad Fr. Lucæ Schlesische Fürsten-Crone/ p. 21. & Joh. Fechnerus in Sylvis Elysiis p. 81. (33) teste Henelio in Silesia togata.

dus, argutus, facetus: Dentem interdum imprimit, ſed vitiis ſalem ludicris aſpergit: molliuscula, quæ occurrunt, virginea ora rubore forte notare queant, menti generoſæ nullam aſpergunt maculam. (34) Natus fuit Leobergæ 5. Calendas Maji anno 1553. (35) obiit Viennæ in Auſtria 13. Calend. Quintilis anno 1599. ætatis ſuæ 46. (36) Dignus utique multis elogiis, quibus eum viri docti honeſtarunt. Scripſit varia calamo ligato: De victoria Navali, quam Chriſtiani à Turcis reportarunt 1571. editum Islebiæ anno 1604. (37) Deſcriptionem Jaurini in Hungaria recuperati (38) & Carmina plura. (39)

Quos Arconatus facile dat pectine verſus, (40)
In clara natus quod ſiet arce, docent.

(IV.) BEIERUS *ſivè ut quandoque ſcribitur* BAVARUS (GEORGIUS) Paſtor primum in Sikerwitz Diœceſeos Leorinæ pago, poſtea verbi divini Præco in Bertelsdorff/ prope Laubanam, ſub initium ſec. XVII. (41) Vir piâ eruditione conſpicuus. Ab eo habemus Geiſtliche Schlaff-Haube/ mit tröſtlichen Sprüchen Heil. Schrifft zuſammen genähet. Görlic. anno 1608. 4to. (42) Scholam Leonis, darinnen an des irdiſchen Löwens Eigenſchafften zu lernen/ welch einen grimmigen

togata, apud Fibigerum in Scholiis ad Henelii Sileſiographiam Renovatam cap. VII. p.259. (34) ſunt verba M. Caſp. Suevii, Rectoris olim Leorini, in Mnemoſyne Leorina ſeu Oratione de præcipuis Leobergæ Sileſiorum ornamentis litt. M. edit. Lignic. 1612. (35) Patre cognomine teſte Catagio in Natalibus p. 131. (36) vid. Jo. Henrici Cunradi Sileſia togata p. 6. & Martini Haukii, chariſſimi olim noſtri Præceptoris, Orationes p. 233. (37) vid. Chriſtoph. Hendreich in Pandectis Brandenburgicis p. 54. (38) Jameſius in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 34. edit. 4to. (39) quæ ſequuntur Tom. I. Deliciarum German. p. 386. annotante Königio in Bibliotheca p. 54. (40) vid. Caſp. Cunradi Proſopographia Melica Mill. 1. p. 8. & 9. (41) vid. Groſſii ſidera Sileſiæ & Luſat. litt. B. (42) teſte Georg. Draudio in Biblioth. Germ. p. 393.

migen Feind wir an dem höllischen Löwen haben / aus dem Spruche 1. Pet. V. Lipſ. 1611. 8vo. (43) Explicationem Cantici: GOtt der Vater wohn uns bey / und laß uns nicht verderben / Budiſſæ 1607. 8vo. Vier Pfingſt-Predigten aus dem Geſange: Nun bitten wir den Heiligen Geiſt. (44) Lipſ. 1603. 8vo. (45) & forte plura:

Et tua te pietas cœleſtibus intulit aſtris,
Ac famæ tribuit nomina clara tuæ.

(V.) CATO (CHRISTOPHORUS) Parochus primum in Sirckwitz Sileſiorum, (46) poſtea Eccleſiæ Leorinæ Diaconus, (47) hinc Exul, demum Paſtor Schönbornenſis in Hexapoli integros ſedecim annos, Theologus verè doctus, Concionator pius & eloquens, vir ſane candidiſſimæ mentis, placidè exſpiravit anno 1670. (48)

Candor & integritas placidiſſima fata merentur,
Tu Victor mundi laurea ſerta geris.

(VI.) COLETUS (JOHANNES) J. U. D. & Sacræ Cæſareæ

(43) Draud. l. c. p. 361. & 405. (44) De hâc Cantione ipſe Beierus noſter in Explicatione p. 9. ita: Bey Erklärung dieſes alten Pfingſt-Geſanges / ſollt ihr anfänglich wiſſen / daß der erſte Vers dieſes Geſanges nicht vom Ehrwürdigen Herrn D. Mart. Luthero, ſeeliger Gedächtniß / ſondern von einem uhralten deutſchen Manne vor etliche hundert Jahren gemacht / und mitten im Pabſtthum von unſern lieben Vorfahren mit groſſer Andacht iſt geſungen worden. Daraus wir vernehmen / daß es vorzeiten auch fromme gottſeelige Leute gehabt / die ſich — um den rechten Glauben und ihre Seeligkeit mit groſſem Ernſte bekümmert / und GOtt den Heil. Geiſt / als den rechten Werckmeiſter des rechten Glaubens / gar fleißig gebeten. Hæc quoque obſervavit doctiſſimus M. Joh. Chriſt. Olearius im Evangeliſchen Lieder-Schatze / P. II. p. [illegible]. (45) vid. Draud. l. c. p. 316. conf. Olearius in der Lieder-Bibliothec, p. 114. (46) vid. Gottfried Hoffmann in Hiſtoria Paſtorum Laubanenſium, c. 2. p. 257. (47) Fechner in Sylvis Elyſiis, p. 84. (48) Groſſius l. c. litt. B.

ſareæ Majeſtatis Rudolphi II. Conſiliarius, (49) Pragæ defunctus, (50) vir laude ſua dignus.

Me dedit in lucem Leoris, clariſſima Praga
In tumulum, Themidos cultus ab arte fui.

(VII.) COLETUS (MICHAEL) Cantor initium Thorunienſis in Boruſſia Neapolitanus, (51) ab anno 1567. ac anno ſequenti ibidem in Palæopoli Profeſſor (52) Gymnaſii, poſt biennium Rector Scholæ Barbarinæ Dantiſcanæ, mox Con-Rector Ludi ibid. Mariani. (53) Hinc Eccleſiæ ad B. Virgin. Diaconus anno 1596. demum Paſtor Primarius & Miniſterii Senior, (54) nec non Gymnaſii Profeſſor. (55) Vir ſenectute (56) venerandus, pietate inſignis, ardore denique ac zelo ὀρθοδοξίας Auguſtanæ Confeſſionis propagandi percelebris, (57) pugnavit contra D. Jacobum Fabricium & Jacobum Adamum, Calviniſequas, Dantiſcanos, ſcriptis publicis, quibus Doctrinam de Perſona Chriſti, de Cœna Domini, adeoque Catechiſmi Lutheri integritatem contra Chriſti hoſtes, Sacramentorum corruptores, Catechiſmi falſatores, ex verbo DEI, Spiritu ſane pio, gloriæ

(49) vid. Fibigerus in Scholiis ad Henelium c. 7. p. 26. Naſo in Phœnice redivivo, p.m. 160. Lucæ Fürſten-Crone/ p. 235. & Schleſiſche Denckw. p. 594. (50) Probè vero eſt diſtingvendus ab alio ſcriptore hujus nominis, Anglo & 1519. denato, cujus ſcripta recenſent Simlerus in Bibliotheca, p. 424. Draudius in Bibl. Claſſ. lat. p. 261. & König in Bibliotheca, p. 202. (51) vid. Zerneke im Summariſchen Entwurff des geehrten und gelehrten Thorn/ p. 35. (52) quas ibidem lectiones tractaverit docet Chriſtoph. Hartknoch in Hiſtoriâ Eccleſiaſt. Pruſſ. p. 887. (53) teſte Ephr. Prætorio in Athenis Gedanenſibus, p. 189. (54) Prætorius l. c. p. 39. & Caroli Memorabilia Eccleſiaſt. ſeculi XVII. lib. 1. c. 36. p. 122. (55) vid. Prætorii Danzigs Lehrer Gedächtniß/ p. 2. & 52. (56) Pater fuit VIII. Liberorum, Avus XXI. Nepotum, teſte Prætorio in Athen. cit. p. 39. (57) frequens exinde ejus fit mentio in Chriſtian. Hartknochio, Hiſt. Eccleſiaſt. cit. præſertim lib. III. cap. 4. n. 12. cap. 5. n. 9. 13. cap. 6. num. 8. &c.

gloriæ divinæ velificante masculè defendit. (58) Natus fuit Leobergæ Dominica post Festum Francisc. anno 1545. (59) obiit die 14. Septembr. (60) anno 1616. ætatis ann. 72. (61) Ejus prostant: Beweiß/ daß D. Fabricii, Rectoris und Predigers zu Dantzig/ drey Predigten vom heiligen Abendmahl eine rechte Calviniſche Grund-Suppe und D. Fabricius ein pur lauter Calviniſte ſey. Regiomont. 1608. 4to. (62) Warnungs-Schrifft für die Evangeliſchen zu Dantzig/ wie ſie ſich für den Calviniſten zu hüten. Roſtoch. 1611. 4to. (63) Gebeth-Büchlein wider den Türcken. (64) Dantzig 1595. 12mo. & quædam (65) alia.

Ore quod edocui, calamo vivace notavi;
Hoc de Judicium Posteritatis erit.

(VIII.) ECCIUS (MELCHIOR) Phil. & Medicinæ Doctor, (66) & Physicus in Patria Ordinarius, (67) Vir celebris (68) & felix artis suæ Practicus. Hausit auram 18. Calend. Octobr. anno 1590. concessit fato Pridie Idus Maji 1628. ætat. 38. (69) homo prolixiori vita dignissimus.

Per

(58) vid. Casp. Suevi Mnemosyne Leorina litt. K. 2. 6. (59) vid. Cunradi Silesia togata p. 43. ubi vero per errorem typographi Colerus scribitur, (60) perperam exinde Cromerus in Chronico Eccl. Pomer. p. 199. diem emortualem ponit 23. Octob. (61) vid. Henning. Witten in Diario Biogr. T. I. ad A. 1616. Mart. Hanckius in Orat. p. 259. Mortuum Concione funebri laudavit M. Herm. Rothmannus ex 2. Tim. IV. 6. 7. quæ typis exiit. (62) vid. Pauli Balduani Bibliotheca Theolog. fol. 219. & Königii Bibliotheca, p. 202. (63) Bekmanni Catalogus Biblioth. Francofurt. p. m 118. (64) vid. Draudii Bibl. Class. Germ. p. 420. & Balduani l. c. fol. 236. (65) quæ recenset Prætorius in Ath. cit. p. 40. (66) Wittebergæ 1619. renunciatus, teste Andr. Sennerto in Athenis Wittebergensibus lib. 1. c. 9. p. 118. (67) vid. Fechneri Leoris, in Sylvis Elymis p. 82. (68) Celebertimis exindè Medicis additur apud Abrah. Kittelium in Encomio Silesiæ litt. E. (69) vid. Autor der Schlesischen Kern-Chronica. P. II. cap. 10. p. 559. conf. D. Joh. Henrici Cunradi Silesia togata p. m. 62.

Per vitam mihi Phœbus amor, mihi claror Hygeja,
Inque meas laudes Phœbus & Hynus eunt.

(IX.) ECCIUS (NICOLAUS) Theologiæ Calvinianæ Sacerdos & Concionator Electoralis in aula Palatina Heydelbergæ ſub initium ſeculi XVII. (70) Vir inter Reformatos undique magnus & Poëta non infelix. Scripſit Narrationem hiſtoricam de Vita Abrahami Bucholtzeri, (71) Theologi & Hiſtorici. 1584. die 14. Junii denati, (72) edidit Abrahami Sculteti Pſalm-Poſtille / cum præfatione Heidelbergæ 1618. 4to. obiit Heidelbergæ 1622. (73)

Eccius Elyſio merito mirandus in orbe eſt,
Nam potuit Nomen perpetuare ſuum.

(X.) EDELERUS (NICOLAUS) Phil. Magiſter, Scholæ Goldbergenſis initium Præceptor (74) & Hieronymi Wildenbergeri Collega, poſtea vero Rector, vir de Juventute ſcholaſtica bene meritus, in illo tamen vituperandus, quod Lyceum Goldbergenſe Leobergam transferendum putaverit, atque ob id ab officio remotus abierit. (75) Claruit circa annum 1512.

Plus Patriæ tribuens nimio Edelerus obire
Munia vult, priſcâ ſede remotus abit.

(XI.) ERMERICUS (ALBINUS) Medicinæ Candidatus, homo ad altiora natus, qui tamen in ipſo ætatis flore lue

 con-

(70) vid. Valentini Arithmæi Pericula Poëtica p. 576. Lucæ l. c. p. 243. item p. 599. (71) vid. Theiſſerii Catalog. Catalogor. p. 245. & 364. conf. Lauterbach im Frauſtädtiſchen Zion / P. I. ſect. 2. cap. 6. §. 21. p. m. 94. (72) de quo prolixius Hankius Deſcript. Romanis, P. I. p. 241. Lauterbach. l. c. Clarmundus in vitis ſuis P. V. num. 6. p. 35. ſeqq. (73) teſte Groſſio l. c. litt. E. ue Wildenbergero verò plura dedimus in Peplo Goldbergenſi, p. 52. (74) teſte Wencelio in Goldberga MSta. (75) Plura dabimus in noſtris memorandis Aurimontanis, ut & in Peplo noſtro bonorum Ingeniorum Goldbergenſium Cent. II. conf. Thilonis Sceleton Goldbergæ, p. 7. & Suevi ornamenta Leobergæ litt. I.

contagiosa extinctus est. (76) Natus fuit Leobergæ Silesiorum 13. Calendas Julii 1557. (77) obiit Peste Wittebergæ Saxonum 12. Calend. Octobr. 1582. æt. an. 26.

Hæc vita est hominum, dum vivere posse putentur
Spes fugit, & Juvenes mors vocat atra viros.

(XII.) ERMERICUS (MATTHÆUS) Albini frater J. U. C. & Advocatus in curia Vratislaviensi eximius, (78) vir certe doctus, Poëta suavis, & Orator gravis. Natales suos habuit Leorini 11. Calend. Februarii 1553. (79) extinctus fuit Breslæ catarrho suffocativo 5. Nonas Martii 1611. (80) ætatis suæ 59.

Jura meum studium, mea delectatio Musæ,
Laus est hinc famæ non moritura meæ.

(XIII.) ENDERUS (CHRISTOPHORUS) JCtus & Reipublicæ Patriæ Senator, postea Consul, vir & eruditione & meritis percelebris, emisit Spiritum die 25. Febr. 1518. (81)

Et tibi Justitiæ placuit defensio Legum,
Consule te felix Leoris alma fuit.

(XIV.) ENDERUS (MARTINUS) Christophori filius, vir Doctrina, Pietate & venerandâ Senectute conspicuus, qui per multos annos in Curia Patriæ & Senatorem & Consulem egit, Reique publicæ Leorinæ egregie profuit. Clausit Vitam 15. Calendas Junii (82) anno 1580.

Tu

(76) En! dabimus Epitaphium ejus, quod cernitur in cœmeterio suburbano Leucoreo, hujus tenoris: Albino Ermerico, Leorino Silesio, Artis Medicæ Studioso, qui 12. Cal. Octob. 1582. peste hic grassante mortem obiit, Frater Matthæus Ermericus H. M. P. C. vixit annos XXV. [illegible] d.i. [illegible] Suevi Academ. Wittebergens. lit. D. d. d. d. (77) teste Calagio in Natalibus p. 194. (78) vid. Schlesische Kern-Chron. P. II. c. 10. p. 561. (79) Calagius l. c. p. 22 (80) Cunradi Silesia togata pag. 66. (81) ex MSto C. S. (82) ex MSto.

Tu quaſi Jure bono grandævi Neſtoris annos
Vir pietate nitens vivere dignus eras.

(XV.) FROBENIUS (GEORGIUS) JCtus & Civitatis Glacenſis initium Syndicus, (83) poſtea Reipublicæ Vratislavienſium Scabinographus, (84) Vir diligens & probus, exiit è vita 10. Calend. Junii 1576. (85)

Judicii ſcribam me Relligione fideque
Curia teſtis erit, quid mage velle queam.

(XVI.) FROBENIUS (MATTHÆUS) Vir multæ eruditionis & Poëta ſuaviſſimus, (86) Nicolai Reusneri amicus magni æſtimatus, (87) obiit Gorlicii in Hexapoli an. 1590. 16. Calend. Junii ætat. anno 70. Menſ. 10.

Carmine Frobenius felix, Sermone facetus,
Muſarum & Vatum gloria magna fuit.

(XVII.) FURERUS (JACOBUS) antea Monachus Ordinis S. Franciſci Leobergæ ad initium Seculi XVI. poſtea Theologus Lutheranus & primus in Reformatione Eccleſiæ Leorinæ Concionator Evangelicus, (88) hinc Paſtor Gryphoreus

(83) vid. Joh. Fechneri Sylv. Elyſiæ p. 83. (84) vid. die Schleſiſche Kern-Chronicke/ P. II. c. 10. p. 569. (85) teſte Joh. Henr. Cunrado in Sileſia togata, p. 83. (86) vid. Epitaphium, quod Patrueli ſuo Sebaſt. Hoffmanno, Senatori quondam Boleslavienſi, lepido Carmine poſuit à nobis adducendum in Peplo noſtro Cervimontano litt. F. (87) vid. Nicolai Reusneri Carmina paſſim. Ejus Carmen quoddam elegans ſatis ad Nicol. Reusnerum legitur in Emblematibus Reusnerianis lit. C. 2. edit. Francof. 1581. 4to. (88) Juvat legere Caſp. Suevum ita loquentem: Leobergæ in Monaſterio Franciſcanorum Frater Jacobus Fürerus primus in Concionibus publicis, ortas ex ſuggeſtu hujus noſtri templi ad populum habebat, Lutheri Exemplum ſecutus, contra Pontificias ſuperſtitiones docere incipiebat circa annum Chriſti milleſimum quingenteſimum viceſimum tertium vel quartum: quibus Lutherus cuculla monaſtica abjecta, eum induit veſtitum, qui Concionatori Evangelico convenit. In Mnemoſyne Leorina, litt.

per triennium usque ad annum 1548. (89) ultimum Zittaviensium (90) in Ecclesia Doctor. Vir facundi eloquii, magnæ doctrinæ & sancti ardoris propagandi fidem veram, (91) cujus memoria merito ab omni oblivione vindicanda.

Te Leoberga colit merito post funus honore,
Per te quæ cœpit noscere rite DEUM.

(XIIX.) GITTLERUS (BALTHASAR) Phil. & Medicinæ Doctor, hujusque in Academia Lipsiensi (92) Professor Publicus, & Collegii Medici Senior, (93) vidit mundum Leobergæ, obiit Lipsiæ 1617. admodum senex, (94) Medicus experientissimus, (95) prodire fecit Theses ad Aphorismos Hippocratis Lipsiæ anno 1578. 4to. Disputationes de definitione & divisione morbi Lipsiæ 1589. 4to. Orationem funebrem anniversariam de Principe Mauritio Lipsiæ 1562. 4to. (96) & forte plura.

Ad Clarium Sophus & Medicus Gittlerus Elystrum
Ingenii claret fertilitate sui.

(XIX.) GLEISBERG (ALEXIUS) Rector initium Scholæ Gryphorinæ per breve tempus, (97) postea Reipublicæ

litt. H. 3. 6. (89) vid. M. Wolffgangi Silberi Fasciculus Concionum memorabilium, p. 736. (90) annotante Grosio in Sideribus Sileſ. & Lusat. litt. F. tacet vero de eo G. M. in Historia Concionatorum Sittaviensium, quæ exiit Gorlicii 1708. 8vo. (91) conflictus varios habuit cum Adversariis suis, Benedicto scil. Magistro sui Ordinis & M. Erhardo, Pastore Pontificio Leobergæ. vid. Suevus l. c. litt. H. 4. & I. 1. & 2. (92) vid. Schneiderus in Chronico Lipsiæ ad An. 1566. 1572. 1588. & 1598. in Catalog. Rectorum Acad. conf. Anonymus in der kurtzen Nachricht von der Stadt Leipzig/ p. 90. 91. 92. (93) Casp. Cunradi in Prosopographia Melica mill. 1. p. 69. Fechneri Sylvæ Elys. p. 81. Suevi Memo. litt. L. 1. b. & Fibiger in Scholiis ad Henelium c. 7. p. 266. (94) vid. D. Joh. Henr. Cunradi Silesia togata p. 95. (95) Fechner l. c. p. 78. (96) Draudius in Bibliotheca Classica lat. p. 901. (97) Anno 1572. d. 14. April. ward Herr Alexius Gleisberg/ von Lemberg/ zum Schulmeister-Dienste

cæ ejusdem Notarius, (98) clausit vitam 5. Nonas Octob. anno 1611. (99) ætatis suæ 69. officii 39. vir antiqui candoris.

Vix omnes orimur patriæ pars magna subimus
Vicinos, remanet laus sua quemque tamen.

(XX.) GLEISBERG (BLASIUS) Medicinæ Doctorandus olim apud Haynovienses in Lignicensi Ducatu Physicus Ordinarius, ultimùm per complures annos in Republica Vratislaviensi Practicus, (100) Vir doctrinâ & experientia non vulgari præditus, obiit anno 1658. Pridie Calend. Novemb. ætatis anno 60. ad exitum jam properante. (101)

Restitui multis docto medicamine vitam,
Hinc Sociis addit me Medicina suis.

(XXI.) GLEISBERG (GEORGIUS) primum Concionator Aulicus Lygio-Brigensis usque ad annum 1570. posteà Diaconus Gryphorinus per triennium, (1) vir placidi & pacifici animi, obiit anno 1573.

Pacificus, clarus, doctus Symmista fuisti,
Hæc à pacificis laus tibi pulchra datur.

(XXII.) HANEWALD (SIMON ab) In Ekersdorff, Rothsirben & Pilsnitz, (2) J. U. D. Caroli primum Archi-Ducis Austriæ & Episcopi Vratislaviensis, postea Rudolphi II. Romanorum Imperatoris Consiliarius, nec non Principum atque Ordi-

ste allhier introduciret / hat aber nur ein halbes Jahr solchen Dienst verwaltet / weil er bald im selbigen Jahre Herrn Hieronymo Seybern im Stadt-Schreiber-Dienste allhier succedirte / starb hernach 1611. vid. Silberi Memorabilia Gryphorina, extant in Concionibus suis edit. Lipsi. 1619. 4to. p. 741. (98) Silberus l. c. p. 786. (99) Silberus l. c. p. 770. (100) vid. Fechnerus in Sylvis Elysiis p. 84. & Grosius l. c. lit. G. (101) vid. Epicedia Gleisbergiana junctim edita Vratislaviæ anno 1658. 4to. (1) vid. Silberus in Fascicul. concionum memorabilium, p. 741. & Grosius l. c. litt. G. (2) Bolcslavienſibus eundem accenſent Henelius in Silesia togata lib. 5. num. 16. Lucæ in Denckw. p. 642. & Andr. Serffleben

in

Ordinum utriusque Silesiæ Orator, (3) Vir magni Judicii, multæque Eruditionis, abiit è Vita Pilsnicii prid. nonas Novemb. 1599. (4) ætatis suæ 70. honorificè in templo Rotensirbiano funeratus, ac monumentum ibidem nactus est sumtuosum.

Et me summa mei suscepit Cæsaris Aula,
Sæpe humilem virtus altius ire jubet.

(XXIII.) HAUNOLD (GEORGIUS ab) Nicolai, Cæsarei Regiique Consiliarii & Abrahami Medic. Doct. Archiatri Brandenburgici Frater, (5) Senatus Populique Vratislavienſis Præfectus bellicus Primarius. Vir & genere & armis & literis & meritis in Rempublicam Nobilissimus. Natus fuit Leobergæ (6) Sexto Idus Martii, decessit Breslæ 8. Idus Januarii Anno 1626. (7) ætatis suæ 68.

Hic Marti compar validis conjunctus Iberis
Cum trucibus gessit bella cruenta Getis.

(XXIV.) HARTRANFFT (BALTHASAR) Phil. Mag. & P. L. C. (8) Moderator primum Ludi-Barbienſis in Saxonia ab anno 1627. inde in Patriam vocatus ad Rectoratum, mox per Reformationem in Exilium pulsus, constitutus fuit Diaconus Barbienſis, demum anno 1645. Pastor ibidem Ministerii Senior & Consistorii Assessor, clausit vitam 1675. Nonis Febr. ætatis 74. Vir multæ Lectionis & variæ Doctrinæ, Poëta suavis & Theologus gravis in publicum prodire jussit Christologiam

in Peplo Boleslavienſi num. 27. Ast Leobergæ Simonem noſtrum vagire cœpisse asserit Grosius l. c. litt. H. (3) vid. Fibigerus in Scholiis suis ad Henelium cap. 7. p. 50. & c. 8. p. 674. (4) vid. Joh. Henric. Cunradi Silesia togata, pag. 105. laudes ejus egregie cecinit Georgius Tilenus, Cur. siliarius Ducalis Olsnenſis, in Poëmatibus suis 463. (5) de quibus Conradi Silesia togata, p. 107. & 109. (6) Patrem habuit Hieronymum Medicinæ Doctorem teste Calagio in Natalibus, p. 74. (7) vid. Cunradi Sil. Tog. p. 108. item Autor der Schlesischen Kern-Chron. P. II. p. 582. (8) A Matthia Hoë ab Hoëneg S. S. Theol. Doct. Concionatore Electorali Sax. & Co-

logiam Evangelicam Lipſ. 1673. 8vo. & Avtanaſian ſacram, ſeu de arte bene moriendi, per Conciones anniverſarias Wittebergæ anno 1634. Epitaphium ejus in templo Barbienſi hoc eſt:

D. O. M. S.

Symbolum: Meam beatitudinem hæreditabo Lytro Salvatoris. Textus Conc. funebris Pſalm. LXXXIV. 5 - 8. Spiritu ſuo cœlitus triumphat, corporetenùs hic quieſcit, Reſurrecturus per Chriſtum glorioſum, pientiſſimus Theander M. Balthaſar Hartranfft, Leoberga Sileſius, P. L. C. Eccleſiæ Barbienſis Paſtor, ſacri Ordinis in Comitatu hoc Senior, Conſiſtorii quondam Aſſeſſor, Theologus clariſſimus, Pietatis, Suadæ, Candoris & Virtutum Enthecarum Exemplum & vitæ typus. Natus anno 1602. 9. Jan. beatè mortuus d. 5. Febr. anno 1675. ætat. 74. Miniſterii 45. undecies felicitatus Pater & ſexies avus, cujus perenni memoriæ pro beneficiorum Myriade hoc Pietatis Monumentum conſecrarunt ſuperſtites cum vidua, liberi Hartranfftiades N. N.

Myſta fidelis eras vitæque Exemplar honeſtæ,
Vir pietate nitens, Myſta fidelis eras.

(XXV.) HARTRANFFT (JOHANNES) Laurentii Senioris Filius, Diaconus antea Gryphorinus ab anno 1591. (9) poſtea Paſtor ibidem primarius ab anno 1625. (10) Vir pius

& Comite Palatino Lauru coronatus, teſte Groſſio l. c. litt. H. (9) vid. Wolffgang. Silberus in Faſciculo Concionum memorabilium. p. 751. (10) annotante Groſſio l. c. litt. H. Liceat addere aliquid notatu dignum. Diß Jahr 1617. hat ſich ein denckwürdiger Caſus allhier (Gryphibergæ) zugetragen mit der weyland Erbaren/ Viel-Ehr- und Tugendſamen Frauen Anna Hartranfftin/ des Ehrwürdigen und wohlgelehrten Herrn Johann Hartranfften/ Diaconi allhier/ Mei-

pius & eruditus, officio ſuo præfuit usque ad annum 1630. ſucceſſorem habuit Chriſtianum Adolphum, Paſtorem poſt Exilium Fridersdorffenſem, Anno 1675. (11) pie defunctum.

Poſt bene finitos multosque, gravesque Labores
Occidis & placide cœlica tecta ſubis.

(XXVI.) HARTRANFFT (LAURENTIUS) Senior, Paſtor Güsmansdorffenſis in Diœceſi Leorina, (12) qui ibidem Evangelium Chriſti annunciavit per annos quinquaginta & duos, fatisque conceſſit 1622. d. 6. Julii, ætatis ſuæ 78. (13) vir

---

nes geliebten Herrn Collegæ, eheleiblichen Tochter. Denn nachdem ſie GOtt im vierdten Jahr ihres Eheſtandes / mit Herrn Tobia Herfarten / Handelsmanne allhier / zum erſtenmahl mit Leibes-Frucht geſegnet / daß ſie hoch ſchwangeres Leibes / und itzo Donnerſtag nach Invocavit (war der 16. Febr. ſt. n.) gegen Abend um 5. Uhr die Gebuhrts-Schmertzen ſo geſchwinde und hefftig ſich bey ihr funden / daß ſie alſobald darüber in Epilepſian gerathen / darinnen ſie alſo continuiret biß zu 9. Uhr deſſelbigen Abends / da ſie ihren Geiſt mit verſchloſſener Leibes-Frucht ſeelig auffgegeben / hat ſichs ferner zugetragen / daß ihr Leichnam in einem Gewölbe biß zum Begräbniß verwahret / daß von dito an auf den 4. Tag / nehmlich Sonntags Reminiſcere, (war der 19. Febr. frühe als man hora 8. zur Ampts-Predigt geläutet / welchen Tag ſie gleich ſollte begraben werden) zwey wohl geſchaffene todte Leibes-Früchte / ein Söhnlein und Töchterlein / von ihrem eingeſargten Leichname kommen / im Sarge gefunden / auch alſobald durch die Bade-Mutter von ihr genommen und geſäubert / nachmahls ihr / als der Mutter / zum Begräbniſſe iedes an einen Arm geleget worden. Sunt verba Silberi l. c. p. 780. (11) De quo ſupra p. 1. (12) vid. M. Lieffmannus, Paſtor hodiè Zedlizianus in Sileſia, amicus noſter è paucis colendus, in Diſſertat. de Sileſiorum Fanaticis. §. 3. (13) Plura fortaſſe dabit Matthæus Hanſi, Kobelinenſium Paſtor in Polonia Majori, noſter ante triennium ibidem in officio ſucceſſor atque amicus, in Schediasmate ſuo germ. de Theologis Longævis Sileſiorum, propediem edendo.

(14) I[illegible]

vir certe eruditiſſimus & tum ob zelum Religionis, (14) tum ob Filios eruditos (15) maxime notandus. Theologus ſua ætate magni Nominis & ſtrenuus Errorum Schwenckfeldianorum Confutator. (16) Ejus **Widerlegung des Jrrthums der Schwenckfelder** / exiit Gorlicii 1578. 8vo. (17) prodire quoque juſſit **zwo Chriſtliche Schrifften / die erſte wider den Tod der Gläubigen / die andere wider die Bauch-Sorge.** (18) Gorlicii 1584. 8vo.

Fortiter ætherii tu tractas dogmata verbi,
Semina Stenkfeldi tu quoque prava doces.

(XXVII.) HAUPTMANNUS (JOHANNES) Senior, Divi olim Lutheri in Academia Wittebergenſi diſcipulus atque amicus. Hinc Paſtor in **Neukirch** / dulciſſimâ meâ Patria, Diœceſeos Cervimontanæ loco ad Catti ripam. Vir pietate literatâ, (19) & zelo Religionis perquam inſignis, dedit Conciones funebres varias (20) diverſo tempore. Clauſit oculos admodum ſenex anno 1572. (21) Effigies ejus conſpicitur in cœmeterio Neokirchenſi ſaxo inſculpta, hac Epigraphe: Anno ſupra ſesqui milleſimo ſeptuageſimo ſecundo XVIII. April. hora noctis ſexta, ex hac militante Eccleſia

(14) Laudat ejus zelum Pohlius in Hemerologio Vratislav. p. 456. (15) Er hat 5. Söhne zum Studiren gehalten / die auch alle 5. bey ſeinen Lebens-Zeiten ins heilige Predig-Ampt kommen ſind: Sunt verba Silberi in Faſciculo cit. p. 751. (16) vid. die Schleſiſche Kern-Chronicke / P. II. cap. 9. p. 462. (17) vid. Becmanni Catalogus Bibliothecæ Francof. p. m. 221. & 222. (18) teſte Draudio in Bibliotheca Claſſica, Germ. 408. (19) teſte Frobenio in Anagrammatopœia, Num. IV. p. 3. (20) quarum aliquam anno 1567. editam & Balthaſari à Schaffgotſch, Topar-ho in Langenau / habitam adducit Tralles in Mauſoleo Schaffgotſchiano, p. 16. (21) quod ex Dyptichis patriis annotavit B. Georgius Briſeus, Paſtor quondam Propſthayenſis in diœceſi Chryſoreâ, matruelis meus etiam poſt fata diligendus, in der Ehre ſeiner geliebten Neukirche.

In

in triumphantem vocatus eſt viri DEI Doctoris Martini Diſcipulus D. Johannes Hauptmannus, Leobergenſis, Vir reverendus & pius, qui Evangelium Chriſti in antiqua Eccleſiâ hâc Neokirchiana, ſemper Eccleſiæ Chriſti conjuncta, piè atque fideliter docuit, cujus anima requieſcat in pace.

Hic recubat Pietas, Probitas, Candorque Johannes
Hauptmannus: cui Laus convenit illa ſat eſt.

(XXIIX.) HEIDENREICH (ESAIAS) Phil. & S. S. Theol. Doctor, primum Eccleſiæ in Patria ſuâ per integrum quinquennium Verbi divini Miniſter, hinc Svidnicii in Sileſia Paſtor, (22) poſtea Eccleſiarum & Scholarum Auguſtanæ Confeſſioni addictarum Vratislaviæ Inſpector, Conſiſtorii ibidem Evangelici Aſſeſſor, Templi Eliſabethani Paſtor, Gymnaſiique Theologiæ Profeſſor, (23) Vir Dignitate, Autoritate, Eruditione, Scriptis & præclaris Meritis longè latèque celebratiſſimus, (24) qui Scholæ & Eccleſiæ per multos annos ita præfuit, ut clariſſimum omnibus ſolidæ Eruditionis, veræ Pietatis & orthodoxæ Fidei extiterit Exemplum. (25) Natus fuit Leobergæ (26) quarto Iduum Aprilis anno 1532. (27) obiit

In quo MSCto multa continentur, quæ non tantum ad gloriam generoſiſſimi & antiquitate fulgentis ſtemmatis Zedliciani, ſed etiam ad res publicas, imprimis hiſtoriam Eccleſiaſticam Sileſiacam, ſpectant. (22) vid. M. Adam Panike, Paſtor Micro-Knignicenſis & Schwentnigianus in Ducatu Bregenſi doctiſſimus Rerum Sileſiacarum Obſervator in Paſtoribus Vratislav. p. 27. & ſeqq. Mart. Hankii Propagatores lit. Vrat. p. 12. (23) Joh. Fechneri Sylvæ Elyſiæ, p. 83. Curioſus Sileſius l. c. p. 68. & Schikfuſius in Chronico Sileſ. lib. 1. cap. 42. p. 236. (24) vid. Henning Witte in Memoriis Philoſophorum, Dec. 5. pag. 71. (25) Suevi Mnemoſyne Leorina litt. K. 2. Conf. quæ ad laudem ipſius habet M. Elias Major in Orationibus 3. in Gymnaſio Vratisl. habitis Orat. III. p. m. 114. editi Lipſ. 1626. 8vo. (26) Perperam itaque Zittavienſis ſcribitur in Simleri Biblioth. p. m. 220. (27) vid. Calagii Natales, p. 114.

obiit Breslæ 6. Calendas Maji 1589. (28) ætatis 57. Scripſit multa, drey und zwantzig Predigten über den Amos / Lipſ. 1584. 4to. (29) LVI. Predigten über das V. Buch Moſis / Lipſ. 1586. 4to. (30) Helden Predigten Joſuä / Lipſ. 1586. 4to. (31) & Stetini 1654. 4to. (32) XXXIX. Predigten über den Micham / Lipſ. 1586. 4to. (33) XIV. Predigten über das Vater Unſer / Lipſ. 1572. & 1582. (34) XIV. Predigten über den 79. Pſalm / anno 1571. 8vo. XII. über den 91. Pſalm / Lipſ. 1581. 8vo. XII. Predigten über den 90. Pſalm / Lipſ. 1591. XIV. Predigten über den 93. Pſalm / Lipſ. 1581. 8vo. (35) Gottſeeliger Layen Hand-Büchel von den vornehmſten Articuln unſers Chriſtlichen Glaubens. Lipſ. 1564. (36) & quædam alia alio tempore a nobis recenſenda. Epitaphium ejus hoc eſt:

D. O. M. S.

Eſaias Heidenreich, Leob. oppido Sileſ. natus anno 1532. tyrocinio ibidem poſito in Academia Francof. primas diſciplinarum & Induſtriæ laureas, ſub Magno Willichio adeptus, cum ſacro Theologiæ ſtudio exercens triennium exegiſſet poſt Theologiæ Doctor ſalutatus eſt. Svidnicii præcipuus repurgatæ Doctrinæ cœleſtis purgator, inde Vratislav. accerſitus eſt anno 1569. fidus ſui Gregis Paſtor cum Eloquent. & Sedulitatis commendatione Eccleſiam gubernavit: In Schola Libros

(28) teſte Königio in Biblioth. p. 385. Hankio l. c. p. 73. Joh. Henr. Cunradi Sileſ. Tog. p. 110. & Pohlius in Nemenelogio Vratislav. p. 154. Eſt tamen alius Heidenreichius Fribergenſis, qui expoſitiones minorum Prophetarum, ut & libri Ruth & Tobiæ edidit, teſte Joh. Micrælio in Syntag. Hiſtor Eccleſ. lib. III. p. 498. edit. Stetin. 1660. 8vo. (29) vid. Lipenii Biblioth. Theolog. T. I. p. 35. Draudius in Biblioth. Claſſ. Germ. p. 27. & Bolduani Biblioth. Theol. p. 57. (30) Bolduan. l. c. p. 25. (31) Bolduanus l. c. (32) Lipenius l. c. T. II. p. 284. (33) Bolduanus fol. 59. & Draudius l. c. p. 282. (34) Lipenius p. 546. (35) Idem p. 601. & 603. (36) Idem Tom. I. p. 540.

Prophet. & Apoſtolorum enarravit: De præſenti voce, de poſteris autem ſcriptis optime meritus ſacroſancto Miniſterio annos 38. perfunctus fideliter, relictis ex Agneta Libiſſiana & Eva Rindfleiſchiana XI. Liberis ſuperſtit. obiit VIII. Climacter. exacto anno 1589. Menſe Aprilis die 26. ſepultus hic, ubi monumentum hoc hæredes ei poni cur. (37)

Ex Hederis, Hederice, puto te Nomen adeptum,
Perpete poſt operas nempe vigore nites. (38)

(XXIX.) HEIDENREICH (ESAIAS) Junior, Eſaiæ Vratislav. anno 1589. defuncti filius, Phil. & S. S. Theol. Doctor, Paſtor initium (39) Wartenbergenſis & Dynaſtiæ illius Superintendens. Hinc Dracobergenſium in Eccleſia Antiſtes usque ad annum 1592. Ultimum Paſtor Eccleſiæ Leorinæ & Inſpector. (40) Natus fuit Leobergæ anno 1557. Patre Eſaia, (41) obiit die 26. Martii 1621 ætatis ſuæ 64. Miniſterii 45. (42) Vir magnæ Eloquentiæ varias imprimi curavit Conciones funebres (43) Vratisl. Olsnæ & Lignicii.

Nil

(37) Exhibet quoque hoc Epitaphium Matthæus Hanſi in Memoriis Concionatorum Vratislavienſium Lutheran. p. 10. (38) vid. D. Caſp. Cunradi Proſopographia Melica Mill. I. p. 76. (39) Ex MSCto M. C. S. amici chariſſimi fide digno, ubi legitur, Eſaiam huncce anno 1590. Francof. in Marchia à Chriſtophoro Pelargo Tiara Doctorali fuiſſe ornatum. conf. quæ habet clariſſ. Pantke in Paſtoribus Vratislav. p. 31. (40) vid. M. Tob. Seillerus P. L. C. & Symmiſta Leorinus in Poëmatum faſciculo, qui exiit Wittebergæ anno 1604. 4to. Numero XIII. (41) teſte Calagio in Natalibus, pag. 113. (42) vid. Autor der Schleſiſchen Kern-Chronicke / P. II. cap. 10. p. 583. Et Groſſius in Sideribus Sileſiæ & Luſatiæ, qui ὁμώνυμον aliquem S. S. Theolog. Doctorem anno 1606. in Eccleſia Grünbergenſi docuiſſe profert. (43) Harum aliquam Adamo L. B. à Schaffgotſch, Trachenbergenſium Dynaſtæ habitam, adducit Calagius l. c. p. 356.

Nil tibi par ſuperi tibi nil fudere ſecundum
Theulogien teſtor, teſtor & Euſebien. (44)

(XXX.) HEIDENREICHIUS (JOHANNES) Eſaiæ Senioris Frater, Philoſ. & S.S. Theol. Doctor, poſt quasdam functiones ſcholaſticas, (45) Paſtor olim Iglavienſis apud Moravos, poſtea Brunſwicenſium Superattendens. Hinc Academiæ Helmſtadienſis Profeſſor, (46) tandem Theologus & Antiſtes Francofurtanus cis Viadrum, (47) vidit mundum die 21. Apr. Anno 1542. Leobergæ, (48) reliquit illum Francoford. die 6. Apr. anno 1617. (49) Vir multa doctrina præditus, Poëta facundus & Theologus magni Nominis, (50) ſed Crypto-Calvinianus, (51) elucubravit conciones quasdam Gorlicii editas, (52) Syſtema totius univerſi & operum 6. dierum Francoford. 1574. (53) Encomium Academiarum, ſtudia Doctrinarum pie recteque profitentium & propagantium, Carmine elegiaco; (54) Examinationem capitum Doctrinæ

(44) vid. Cunradi Sileſ. Tog. p. 110. (45) quas vide in Calagii l. c. p. 124. (46) vid. Pantke l. c. p. 28. Johannis Fechneri Sylvæ Elyſiæ, p. 83. & Caſp. Suevi Mnemoſyne Leorina litt. K. 2. 6. (47) vid. Lucæ in Schleſiſchen Denckwürdigkeiten/ p. 602. item in der Schleſiſchen Fürſten-Crone/ p. 224. add. Notitia Univerſitatis Francofortenſis, cap. 5. p. 50. (48) teſte Calagio l. c. p. 124. & Cunradi Sileſ. Tog. p. 111. (49) vid. die Schleſiſche Kern-Chronicke/ P. II. c. 10. p. 581. & Henningius Witte T. II. Diarii Biographici, p. 21. (50) Laudes ejus cecinit Valent. Arithmæus, Profeſſor Viadrinus, in Periculis Poëticis, p. 279. & ſeqq. conf. Epiſtolas Johannis Spanofsky à Lyſan, Domini in Pacof, Equitis Bohemici, quæ exierunt in Heidenreichii noſtri Examinatione capitum Doctrinæ Fratrum Bohemicorum, Francof. anno 1580. 8vo. litt. B. ſeqq. (51) vid. Curioſus Sileſius (ſub quo Nomine latet M. Caſp. Sommer, venerandus ille Senex & Paſtor hodie Geiſchenſis in Principatu Wolaviano) in animadverſ. ad Lucæ Fürſten-Crone/ p. 110. (52) vid. Baſſæus in Catalogo Librorum, p. 96. & 97. (53) teſte Draudio in Biblioth. Claſſ. lat. p. 53. (54) v. Witte l. c.

ctrinæ Fratrum, ut haberi volunt, in Bohemia & Moravia.(55) Francof. 1580. 8vo. & Diſputationes plures.

Ex Hederis, Hederice, tibi quis Nomina finxit?
An quod Apollo Hederis carmina digna facis.

(XXXI.) HEIDENREICH (LAURENTIUS) Eſaiæ & Johannis Parens, (56) Phil. Mag. olim ante B. Lutheri Reformationem Eccleſiæ Pontificiæ Sacerdos ab anno 1509. poſtea Lutheri Aſſecla & Eccleſiaſtes initium Sittavienſis in Hexapoli, ac Inſtaurator Doctrinæ Evangelicæ, (57) poſtea verbi divini Præco Leobergenſis (58) in Sileſia ab An. 1530. Hinc Antiſtes Gryphorinus, (59) ultimum Paſtor primarius Sittavienſis, (60) obiit ipſis Calendis Aprilis 1557. (61) ætatis ſuæ 85. Miniſterii 45. (62) vir doctus, pius & conſtans Theologus, acerrimusque Lutheranæ Orthodoxiæ Aſſertor. (63)

Mitius aſtra tibi, riſerunt Veſper & Ortus,
Donarunt Pylii luſtra beata Senis.

(XXXII.) HOFFMANNUS (CASPAR) Phil. & Medic. Doctor, Profeſſor initium Francofurtanus in Marchia, poſtea Archiater Electoralis Brandenburgicus, (64) natus fuit Leo-

---

l. c. T. II. p. 21. conf. Tentzelii Curiöſe Bibliothec-Repoſitor. II. p. 685. (55) vid. Joh. Micrælius in Syntag. Hiſtor. Eccleſ. lib. III. ſect. II. p. 498. edit. Stetin. 1660. 8vo. (56) teſte Fechnero in Sylvis Elyſiis, p. 83. (57) vid. D. Leuberi Beſchreibung des Schloſſes Ortenburg / cap. 7. p. 38. M. Adam Pantke l. c. p. 27. Anonymus im Verzeichniß der Evangeliſchen Prediger in Sittau / pag. 1. ubi tamen perperam Zittauienſis ſcribitur, (58) teſte Suevo in Mnemoſyne Leorina, p. I. 2. 6. (59) ab anno 1543. (60) vid. M. Wolffgang Silberi Conc. memorab. p. 736. & Anonymus cit. in Hiſtoria Paſtor. Zittavienſium, p. 51. (61) perperam ponitur annus 1520. in der Schleſiſchen Kern-Chronicke. P. II. c. 10. p. 583. (62) Cunradi Sileſia togata p. 111. (63) vid. Suevus l. c. p. K. 2. (64) vid. Nic. Henelii Sileſia togata, ex quo ſua hauſit Fibigerus in Scholiis ad He-

nel.

Leobergæ Calendis Octobr. 1529. (65) ceſſit fato Coloniæ ad Suevum ipſis Calendis Auguſti (66) anno 1584. (67) Medicus eruditione, rerumque uſu ac felicitate curandi excellentiſſimus, Poëta quoque verſatus & Orator nulli ſuo tempore ſecundus, ſcripſit conſilia atque Epiſtolas Medicas, (68) tractatum de Thermis Hirſchbergenſibus, (69) editum cum Conſiliis & Epiſtolis Johan. Cratonis à Craffheim, Francofurti 1591. (70) Orationem de Barbarie eminente Breslæ impreſſam anno 1620. (71) & forte plura.

Ingenio clarus fuit hic atque arte medendi,
Principis hinc meruit tanta brabea ſui. (72)

(XXXIII.) HOFFMANNUS (GODOFREDUS) Phil. Mag. Con-Rector antea Lycei Laubanenſis in Luſatia ſuperiori

nelii Sileſiographiam Renovatam cap. VII. p. 253. & 254. (65) vid. Calagius l. c. p. 309. & Bucholtzerus in Indice Chronologico ad An. 1529. litt. T. qui hiſce de eo utitur verbis: Hic Vir eſt præcipuum amicorum meorum Lumen & optimus Iſagoges noſtræ Patronus. (66) vid. D. Joh. Henr. Cunradi Sileſ. tog. p. 130. (67) Eliæ Reusneri Iſagog. Hiſt. p. 649. Hankii Orat. p. 220. & Schikfuſii Chronicon Sileſiæ lib. 1. cap. XLI. p. 233. (68) quæ extant in Opere Conſil. Scholtziano edit. Francof. 1610. fol. teſte Lipenio in Bibliotheca Medica, p. 117. (69) vid. Nic. Henelii Sileſ. renovata, cap. 5. §. 40. Hunc tamen tractatum alteri Caſpari Hoffmanno, Profeſſori & Medico Altorfino, anno 1648. extincto, perperam tribuit Johannes Lindanus in Tract. de Scriptoribus Medicis, p. 195. & 196. quod παρόραμα quoque commiſit Henningius Witte T. I. Diarii Biograph. ad annum 1648. & Decad. I. Memor. Medic. renov. p. 137. Hoc ante me etiam annotarunt Henricus Voglerus in Introductione ad Notit. bonorum Scriptorum cap. VIII. p. 47. & 48. edit. Helmſt. 1700. 4to. & Joh. Molerus in Homonymoſcopia, Sect. II. Cap. 7. §. 59. p. 684. edit. 1697. 8vo. (70) vid. Draudii Biblioth. Claſſic. latin. p. 649. & Lipenius in Biblioth. Med. p. 208. (71) teſte Draudio in Biblioth. Claſſic. lat. p. 1484. (72) vid. D. Caſp. Cunradi Proſopogr. Melica Mill. II. p. 96.

riori ab anno 1688. & poſt ſeptennium Rector, poſtea vero moderator Gymnaſii Zittavienſium, (73) & clariſſimi Weiſii, (74) Præceptoris ſui, anno 1708. rude donati, Succeſſor vere digniſſimus, (75) obiit immatura morte anno 1712. (76) Vir prolixiori vita dignus, Philoſophus, Orator, Poëta & Hiſtoricus. Præter Programmata & Carmina bene multa ſcripſit varia: Diſputationem de Arte Epiſtolarum Lipſ. 1688. 4to. Die gefallene und wieder erhöhete Aviana. Lipſ. 1696. (77) Den guten Schulmann. Lipſ. 1696. 12mo. Ausführlicher Bericht von den Lectionibus im Laubaniſchen Lyceo. 4to. Neu-Jahrs-Geſchencke an ſeine Untergebene. Laub. 1699. 8vo. Weg zur Compoſition der Lateiniſchen Sprache. Laub. 1705. 8vo. Auserleſene Kern-Sprüche der heiligen Schrifft / nebſt ausführlicher Einleitung zum Bibel-leſen. Laub. 1705. 8vo. Theſes Selectiores de Ingeniorum Cultura. Lauban. 1705. 4to. Hymnos aliquot metanoëticos, oder Buß-Lieder über die vier Bibliſchen Texte / welche an den zwey groſſen Faſt- Beth- und Buß-Tagen des 1705. Jahres in den Chur-Fürſtlichen Ländern

(73) vid. prolixius clariſſimus M. Godofr. Ludovici, Rector Schleuſingenſis, in Hiſtoria Rectorum & Gymnaſiorum Scholarumque celebriorum. P. II. p. 91. (74) cuius vitam prolixe deſcribit M. Samuel Groſſerus, Olſenas Sileſius, Rector hodie multum diligens in Gymnaſio Gorlicenſi, ediditque Lipſ. 1710. 8vo. cum dedicatione ſubmiſſa ad præcellentiſſimum, eruditiſſimumque Vratislavienſium Epicharmum, Gottlob Krantzium, Præceptorem noſtrum & hoſpitem quondam ad Cineres usque omni honoris cultu devenerandum. Weiſii quoque vitam & noſtrum Hoffmannum concinaſſe ex Ludovici l. c. Part. III. p. 79. ſcio, an vero hic labor ad umbilicum deductus fuerit, lucemque publicam adſpexerit, affirmare vix queo. (75) Ludovici l. c. Part. III. p. 1. M. Georg. Sculteti Hymnopœi Sileſiorum, p. 52. & Sam. Groſſerus in vita Weiſii pag. 80. (76) communicatione MSS. fautoris atque amici chariſſimi. (77) Animadverſione Cenſoria tamen hoc ſcriptum recenſuit Vockerod. in ſuo Mitteldings Betrug / p. 321. & ſeqq.

dern zu erklären verordnet worden. Laub. anno 1705. Ærarium Biblicum, i. e. Tauſend Bibliſche Sprüche erkläret. Lipſ. 1706. 12mo. Lebens-Geſchichte derer Evangeliſchen Paſtorum Primariorum in Lauban von 1525. biß auf die itzige Zeit/ Laub. 1707. 8vo. (78) Nöthige Unterricht/ wie der Grund der Aufferziehung der Kinder zu legen ſey. Laub. 12mo. (79) & alia multa, quæ manibus eruditorum teruntur; (80) perperam vero huic adſcribitur (81) ſibi ὁμωνύμως cuiusdam (82) Calendarium curioſum de vita & morte JEſu CHriſti, Servatoris noſtri ſanctiſſimi, quod Bremæ exiit germanice anno 1699. 8vo.

De Scriptis, Hoffmanne, tuis ſic judicat æquus
Lector & Auditor: hæc bona cuncta tenent.

(XXXIV.) HOPPIUS (CASPAR) Paſtor antea in Pilgramsdorff/ Diœceſeos Aurimontanæ, poſtea vero Diaconus Eccleſiæ Goldbergenſis, per integra quinque luſtra, (83) Vir de grege ſibi commiſſo egregie meritus, Theologus vita & doctrina probus, clauſit oculos die ultimo anni 1600. ætatis ſuæ 68. (84) ſepultus eſt, non absque multis Goldbergenſium lacrymis.

(78) vid. Matthæus Hanſi in memoriis Concionator. Vratislav. p. 14. conf. Chriſtian. Gabriel Funckens, Gymnaſii Gorlicenſis Collegæ, & Not. P. Cæſ. Jur. Kurtzer Entwurff der Lebens-Geſchichte aller bey dem Görlitziſchen Kirchen-Dienſte ſo wohl vor als nach der Reformation geweſenen geiſtlichen Perſonen/ in præfat. edit. Gorl. & Lipſ. 1611. 8vo. (79) plurima hæc quoque recenſuit Ludovici l. c. Part. II. p. 92. & 93. (80) quæ inveniuntur in Catalogis Nundinalibus Lipſienſ. paſſim & recenſentur in Novis Litt. Germaniæ paſſim, imprimis vero anno 1705. p. 133. & anno 1706. p. 13. (81) in Prætorii Bibliotheca Homiletica indice litt. E. (82) Godofredum Hoffmannum Hirſchbergenſem innuo Jur. & Mathem Cultorem, Lyceique Laubani Collegam & hodienum florentem, de quo plura DEO dante in Peplo noſtro Cervimontano propediem edendo. (83) teſte Wencelio in Goldberga MSta. (84) plura dabimus DEO volente

Biblioteka Śląska

Nec tua te Virtus Pietasque à morte redemit,
Quis damnum tanti non fleat ergo mali?

(XXXV.) HOPPIUS (JOHANNES) Phil. & Med. Doctor, Pathologiæ in Academ. Lipſ. Profeſſor publ. & Ordinis Medicorum Senior, (85) in hanc auram expoſitus eſt Leorini ipſis Julii Nonis anno 1616. emiſit animam 2. Idus Martii anno 1654. ætatis ſuæ 37. menſ. 7. (86) Vir eruditus & Medicus felix, prolixiori Vita digniſſimus. Dedit Diſſertationes plures varii Argumenti Medici de Phthiſi, Lipſ. 1649. 4to. de Gangræna & Sphacela, 1644. 4to. de Catharro ſuffocativo anno 1651. 4to. (87) & forte plures. Monumentum ipſi in templo Paulino Lipſiæ poſuerunt hoc: (88)

MEMORIÆ. S.

Johannes Hoppius, Phil. & Med. Doctor, Profeſſor Pathologiæ, Facultatis Medicæ Senior, Academiæ Decemvir, Collegii Maj. & Min. Princip. Collegiatus H. S. E. annos à Non. Julii CIↃ IↃC XVII. fecit 37. Menſ. 8. obiit 2. Id. Martii CIↃ IↃC LIV. Roſina, Mauritii Burchardi, S. S. Theol. D. & P. P. &c. filia, nat. Calend. Octob. CIↃ IↃC XXIX. Marito deſideratiſſimo H. M. F. C. ipſum ſecuta 15. Cal. VIIbr. 1659.

Hoc tibi Conjugium commendo clare Viator;
Siſto torum, quem nec ſolvit Imago Necis.

(XXXVI.) ISINGIUS (ANDREAS) Verbi Divini Miniſter primum Leobergenſis, Eccleſiaſtes poſtea Leobſchiitzenſis in Ducatu Carnoviano (89) ſuperioris Sileſiæ, hinc Concio-

volente in noſtris memorandis Aurimontanis. (85) vid. M. Salom. Stepneri Inſcriptiones Lipſienſes, p. 14. (86) Programma Exequiale. Conf. Witte T. I. Diarii Biograph. ad Ann. 1654. litt. Ffff. 2. b. (87) vid. Lipenius Bibliotheca Medica, pagina 86. (88) vid. Stepneri Inſcriptiones Lipſienſes, p. m. 81. (89) vid. Suevii Mnemoſyne Leorina litt. f. 2. b.

cionator aulæ Ducalis Bregæ, (90) demum Paſtor Glacenſis ac in illo Comitatu Eccleſiarum Inſpector, (91) & Religionis Evangelicæ Inſtaurator. Vir Doctrina & Religionis zelo percelebris, (92) obiit Glacii anno 1591. die 18. Auguſti, ætatis ſuæ 68. Miniſterii 45. (93) Epitaphium olim Glacii ejus videbatur tale:

Reverendus Vir, Pietate, Sapientia, Doctrina & Eloquentia clarus, Dn. Andreas Iſingius, Leobergenſis, Eccleſiæ Glacenſis annos 27. Paſtor, & conjunctarum Inſpector, anno 1592. ætat. 68. Miniſt. 45. die 18. Auguſt. pie & placide mortuus, ſub hoc ſaxo conditus expectans lætam omnium Electorum reſurrectionem ad vitam beatam immortalem. Symbolum ejus fuit ex Pſalmo XXV. 21. ſimplicitas & rectum. (94)

Me pia Simplicitas & recti Norma gubernant,
Mens ſimplex fraudes odit, amatque DEUM.

(XXXVII.) KINDLERUS (JOHANNES) Philoſoph. Mag. & Eccleſiæ Jaurovienſis Paſtor, (95) Theologus magni Nominis, magnique Eloquii, obiit in ſuggeſtu, cum partem primam Concionis abſolviſſet Apoplexia tactus, (96) die 24. Octob. anno 1604. ætatis 75. ſeptim. 17. Officii 49. (97)

Vera docens, & vera videns & vera profeſſus
Stans Cathedra ſummi Principis inſtar obit.

(90) Remotus Bregæ, quod pravo maloque Sacramentum porrigere recuſaſſet, ſunt verba Henrici Groſſii in Sideribus litt. I. (91) vid. M. Georgius Helmericus in Epicedio ſatis prolixo, quod in obitum Johannis Sibethi, Paſtoris & Superintendentis Jägerndorffenſis, ſcripſit & edidit Gorlicii 1577. 4to. litt. D. 6. plura tibi dabit M. Georg. Ælurius in Glaciographia p. 303. & ſeqq. (92) Tumulum ipſi ſcripſit Salomon Frencelius Epigr. Semit. IV. p. 307. (93) vid. Cunradi Sileſ. tog. p. 137. (94) vid. Frencelius Epigramm. Semit. I. p. 49. (95) teſte Groſſio l. c. litt. K. (96) Polius ad ann. 1604. (97) vid. D. Joh. Henrici Cunradi Sileſ. tog. p. 149.

(XXXIIX.) KNOBLOCH (ANDREAS) primum Eccleſiaſtes Grünbergenſis in Sileſia, poſtea Verbi divini Miniſter Lutheranus Wſchowienſis in Majori Polonia per triennium, (98) ultimum Paſtor Francoſtenenſis in Ducatu Monſterbergenſi. Natus fuit Leobergæ, (99) obiit Francoſtenii anno 1573. die 6. Nov. (100) Vir certe eruditus & Orator gravis (101) ac felix diſſentientium confutator.

Fortis eras heros ſacris atque acer in Armis,
Suavis eras Præco, Myſta verende DEI.

(XXXIX.) LANGIUS (BERNHARDUS) Phil. & Medicinæ Doctor, Reipublicæ Patriæ Phyſicus Ordinarius (1) & Conſul, (2) Medicus experientiſſimus ac Poëta ſuaviſſimus, (3) clauſit oculos 7. Calendas Maji 1623. non absque Luctu

(98) Anno 1554. den 10. Decemb. wurde Herr Andreas Knobloch von Grünberg hieher vociret/ (Frauſtadium ſcil.) nachdeme er das Jahr zuvor her eine Vermahnung an die Zechen wegen der Feyertage abgeſchicket/ maſſen ſie dann auch in der Kirchen-Agenda zu finden/und dieſer hat zum erſtenmahl das heil. Abendmahl in beyderley Geſtalt ausgetheilet. Sunt verba Pauli Clapii im Frauſtädtiſchen Evangelien-Licht. Lit. F. 3. b. edit. Gorlic. 4to. Der Herr Staroſta Gorsky, nebſt ſeiner Familie/ und Hofſtatt/ waren die erſten/ die das heilige Abendmahl empfingen/ darauf die gantze Obrigkeit/ und Bürgerſchafft nachfolgete/ ſunt verba Sam. Frid. Lauterbachs im Frauſtädtiſchen Zion/ P. I. Sect. II. cap. 4. §. 2. p. 87. (99) Viridimontanus à nonnullis dicitur, ſed per errorem, (100) vid. Ælurii Glaciographia, pag. 182. (101) Es ſcheinet auch/ daß dieſer müſſe ein guter Redner geweſen ſeyn/ der die Adverſarios nachdrücklich einzutreiben wiſſen/ dahero ſie ſich nicht gerne mit ihm eingelaſſen. Wie denn der damahlige Guardian hieſigen Bernhardiner-Kloſters/ Pater Johannes, offt zu ſeinen Conventualen geſaget haben ſoll: Ihr Brüder/ ihr Brüder/ der Knobloch ſtincket uns greulich in die Naſe. Sunt iterum verba Lauterbachii l. c. §. 4. pag. 88. & 89. (1) vide Johannis Hermanni Epigrammata lib. 8. p. m. 461. (2) vid. Luc. Schleſiſche Denckwürd. pag. 627. (3) Laudes ejus vide in Fechneri Leoride apud Fi[illegible]gerum

Luctu Civium. Cætera docet Epigraphe ſepulchralis in æde Leorina ſequens:

D. O. M. S.

Domino Bernhardo Langio, Leorino Sileſ. Medic. Doctori, Phyſico Ordinario Reipublicæ Patriæ Practico feliciſſimo, qui cum Pietate erga DEUM, humanitate erga proximum, meritis erga quosvis eximius, Conſulatum in Patria fideliter & autoritate ſingulari, vix per dimidium annum geſſiſſet in ætat. 42. conjug. 12. anno Chriſt. 1623. Aprilis die 25. liberis quinque relictis in ipſo flore vitæ honorumque, bonorum omnium, cum luctu phthiſi & larga ſanguinis per tuſſim ejectione extinctus, fide in Salvatorem plenus obiit, marito in comparabili, conjugalis amoris & fidei perpetuum monumentum contra votum poſuit Anna Geisleria vidua relicta.

Langius utrovis tibi munere certat Apollo,
Ille bonus vates, ille bonus medicus.

(XL.) LANGIUS (JOHANNES) Phil. & Med. Doctor, initium Profeſſor Lipſienſis, (4) deinde Ferrarienſis, (5) poſtea quatuor, (6) ſive ut alii volunt, quinque Electorum Palatinorum Archiater Heidelbergæ, (7) vidit mundum Leorini anno 1485. menſe Junio, (8) deceſſit de vita, ætate magis

rum l. c. cap. 7. p. 250. & in Sylvis Elyſiis, pag. 78. & 82. conf. Johannis Hermanni Epigrammata, p. 461. Specimen Poëſeos Langianæ exhibetur in Wolffgangi Silberi concione Nuptiali Georgio Schrammio Gryphorino habita, litt. D. edit. Lipſ. anno 1613. 4to. (4) Et A. 1518. Academiæ Rector, teſte Schneidero in Chronico Lipſienſi, p. 318. (5) teſte Johan. Chriſtian. Blumio in Jubilæo Theologorum emeritorum, p. 36. (6) vid. Johann. Mollerus in Homonymoſcopia, p. 64. Nova Litt. German. anno 1704. pag. 176. & Stepnerus in Inſcriptionibus Lipſ. p. m. 44. (7) vid. Gottofredus Zeilerus in Theatro Eruditorum, p. m. 51. Kittelius in Encomio Sileſiæ, litt. D. ult. Suevii Ornamenta Leobergæ, litt. L. 3. & Jacobus Auguſtus Thuanus in hiſtoria ſui temporis lib. 123. p. 884. (8) vid. Caſpar Cunradi Proſopographiam Mel. Mill. I. p. 93. & Joh. Henrici

gis quam morbo confectus 11. Calendas Quintilis anno 1565. Senex octogenarius, (9) Vir elegantiſſimus & doctiſſimus; (10) plurimæ lectionis & acutiſſimi Judicii, (11) ſcripſit varia, (12) quæ varia atque egregia eruditione referta non ſolum Medicinæ, ſed omnis etiam Naturalis hiſtoriæ ſtudioſis plurimum emolumentum afferunt. (13) Extant ejus Epiſtolæ Medicinales editæ Francofurti anno 1589. 8vo. Baſileæ 1554. & Hanoviæ 1605. (14) 8vo. Commentarius de mundi fabrica Ariſtotelis. Francof. 1601. (15) Themata chirurgica cum ſcriptoribus Chirurgicis Gesneri. Tiguri 1555. fol. (16) De Syrmiasmo & ratione purgandi per vomitum ex Ægyptiorum invento & formula. Lutetiæ anno 1572. (17) Epiſtolæ duæ de Scorbuto (18) & Poëmata varia (19) in 8vo.

Neccariæ Archiatrum me Sleſias edidit Aulæ,
Scripta Sophum & Medicum non peritura probant.

(XLI.) LUDOVICI (LAURENTIUS) Phil. Mag. Illuſtris Gorlicenſium Scholæ in Hexapoli initium Collega, mox Con-

rici Cunradi Sileſ. togata, p. 166. (9) vid. Melch. Adami vitæ Germanorum Medicorum, p. 140 - 145. Alſtedii Theſaurus Chronolog. p. 495. Reusneri Iſagoge, p. 650. Hankii Orationes, p. 219. & Henelius in Sileſia togata apud Fibigerum ad Henelii Sileſiograph. renovat. cap. 7. p. 252. & 253. (10) teſte Conringio in Introductione in Medicinam, lib. 1. cap. 11. p. 102. & lib. 2. cap. 14. p. 402. (11) vid. Oſiander in Hiſt. Eccleſiaſt. Cent. XVI. lib. 3. cap. 61. (12) vid. Simleri Biblioth. pag. 463. & Lind. l. c. p. 377. (13) teſte Quenſtedio in Dialogo de Patriis illuſtrium virorum, p. 192. (14) vid. Iſraël Spachtius in Nomenclatore Scriptorum Medicorum, p. 17. Draudius l. c. p. 912. König l. c. p. 456. conf. Taubmanni Melodæſia, pag. 522. (15) vid. Paulus Bolduanus in Biblioth. Philoſ. pag. 457. (16) Lipeni. Bibliotheca Medica, p. 91. (17) Lipenius l. c. p. 483. (18) quæ leguntur in Sennerti tract. de Scorbuto, p. 343. (19) teſte Thom. Jameſio in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ, pag. 283.

Con-Rector, ultimum Rector, (1) vagire cœpit Sibelonii (2) ad Leobergam ſexto Idus Auguſti anno 1536. (3) vivere deſiit Gorlicii Luſatorum 17. Calend. Maji anno 1594. ætatis ſuæ 57. Menſ. 7. d. 28. Officii Scholaſtici 30. (4) Vir immortalis memoriæ, (5) doctiſſimus certe, (6) & de re literaria & ſcholaſtica meritiſſimus, (7) ſed Crypto-Calvinianus. (8) Inter ſcripta ejus ſunt potiora: Synopſis doctrinæ de filio DEI, Francofurti edita 8vo. & Ambergæ anno 1605. (9) recuſa, Doctrina Synodi Epheſinæ, Gorlicii 1583. 4to. (10) Liber de Veteris Eccleſiæ certaminibus, Francof. 1613. (11) Etymologia & Syntaxis

(1) vid. Godofredus Ludovici in Hiſtoria Rectorum & Scholarum celeberr. P. I. pag. 69. & ſeqq. conf. Chriſtian. Weiſii Oratio ſecularis de ortu & progreſſu Scholarum in Luſatia ſuperiori, edita Zittaviæ anno 1686. 4to. & Suevi Mnemoſyne Leorina litt. L. 3. b. (2) perperam itaque Lignicenſis ſcribitur Lucæ in der Fürſten-Crone/ p. 259. quem errorem tamen correxit ipſe in Schleſiſchen Denckwürd. pag. 614. edoctus à Curioſo Sileſio in Animadverſionibus, pag. 119. (3) teſte Calagio in Natalibus, p. 240. (4) vid. Johann. Henrici Cunradi Sileſia togata, p. 179. Hankii Orationes p. 232. & Eliæ Reusneri Iſagog. pag. 652. (5) Teſte Fechnero in præfatione Breviarii ſui univerſæ Germaniæ, edit. Gorlician. 1673. 12. (6) Hanc vero Eruditionis ſpem vix habere potuerunt Præceptores ejus, in quartum enim jam annum in Schola Leovallenſi commoratus, ne literas quidem in ſyllabam copulare didicerat, & Boleslaviæ frequens Martini Jonæ auditor tres annos prima Grammaticæ Elementa non eſt aſſecutus, teſte Melchiore Adami in Vitis Germanorum Philoſoph. p. m. 383. quod etiam obſervavit M. Pezold in Diſſert. de Oblivione memorabili, edita Lipſ. 1703. 4to. (7) teſte Godofredo Suevo in Academia Wittebergenſi, litt. P. 6. edit. Witteb. 1655. 4to. (8) quem detexit D. Salomo Gesnerus Boleslavi. Sileſius Profeſſor Wittebergenſis: In der treuhertzigen Erinnerung an die Fürſten/ Stände und Städte in Schleſien wegen des Calvinismi, p. m. 20. (9) Draudius in Biblioth. Claſſica lat. p. 487. Lipenius in Biblioth. Theol. T. I. pag. 698. & T. II. pag. 479. (10) Draudius l. c. pag. 604. (11) Lipenius l. c. T. I. p. 516. & Jameſius

xis in usum Scholæ Gorlicensis, Gorlic. anno 1572. (12) Analysis trium Dialogorum Theodoreti, Episcopi Cypri, anno 1604. (13) 4to. Geistliche schöne auserlesene Gebethe Philippi Melanchthonis & Valentini Trozendorffii (14) für allerley gemeine Noth der Christenheit. Gorlicii 1568. & 1579. (15) Publici juris quoque fecit Leonhardi Krentzhemii conjecturas. Gorlicii anno 1578. 4to. (16) & multo plura, de quibus alio tempore prolixius. Epitaphium ipsi posuerunt discipuli hocce? (17) M. Laurentius Ludovicus, Leoberg. Scholæ Gorlic. Rector, Anno Christi M D XXXVI. d. VIII. Aug. natus, postquam dimidium vitæ suæ annos XXIX. magna dexteritate, pari felicitate, non minore cum laude & celebritate nominis hic docuisset, moritur anno M D XCIV. d 15. Apr. cujus Memoria sit in benedictione, Laus in Ecclesia, Nomen in Libro Vitæ. Anno ætatis LVIII. Mortuum laudarunt Tobias Aleutnerus, (18) Simon Langæus, (19) & Abrahamus Scultetus. (20) Probe autem est distinguendus ab alio hujus Nominis Poëta Lignicensi, (21) sub finem Seculi XVI. claro.

Et

in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ. pag. 302. (12) Lipenius in Biblioth. Philos. pag. 485. (13) König in Bibliotheca, pag. 485. & Draudius in Biblioth. Classica latina. pag. 170. (14) De hac una re sæpenumero gloriari solitus est, quod Trozendorffium in Adolescentia, in Juventute, Melanchthonem Præceptores audivisset, teste Adamo in Vitis Philosophorum, pag. 385. (15) Bolduanus in Bibliotheca Theologica, pag. 235. (16) teste D. Leonhardo à Krentzheim, in dedicatione ad Fratrem Bonifacium Krentzh. opusc. Conjecturarum, Gorlic. recus. ann. 1580. 4to. (17) exhibetur in Descriptione Templi Petro-Paullini Gorlicensis à Gabriel Juncke edit. pag. 48. (18) In Epigram. Cent. IV. num. 28. pag. 157. seqq. (19) In Oratione de Vita & obitu Laurentii Ludovici, quam allegavit Godofr. Ludovicus l. c. pag. 86. (20) cujus Oratio Parentalis, de vita Laurentii Ludovici Typis impressa legitur, teste Anton. Teisserio in Catalog. Autorum & Biblioth. p. m. 3. (21) de quo Cunradi Prosopogr. Mel. Mill. I.

p. 102.

Et Sophiæ & Phœbi myſteria cuncta notaram, (22)
Rectorem hinc petiit Luſatis alma ſuum.

(XLII.) MENCELIUS (NICOLAUS) Collega Scholæ Leobergenſis initium & Catecheta, hinc Parochus Falkenhaynenſis, ultimum Paſtor Dittersdorffianus & Lobriſſenſis in Ducatu Jauarano, Vir eruditus, Theologus Pietate ſingulari & veneranda Canitie inſignis. (23) Naſcitur Leobergæ ipſa die Nicolai anno 1534. finit vitam Lobriſſæ ad Jauram 22. Oct. Ann. 1617. ætat. 83. Miniſterii 55. (24)

Præbuit Evepie Sanguen, Polytecnia ſuccum;
Biblidos & Saëos diceris eſſe Lepor.

(XLIII.) NEUKIRCHIUS (VALENTINUS) Poëta clari Nominis apud Regimontanos in Boruſſia, (25) floruit circa annum 1554. (26) Vir certe eruditus, Vatesque multæ lectionis, cujus Poëmata magni faciunt Lectores.

Suceina odora legant alii, mî verſibus illa
Dicere, majoris forſan odoris erit.

(XLIV.) ORTHMANNUS (CASPAR) Phil. Mag. initium Ludi Lignicenſis Moderator, & Georgii Helmerici Aurimontani (27) ſucceſſor ab anno 1555. poſtea Lycei Patrii Rector,

p. 102. Calagii Poëmata, lib. 5. p. 176. Exneri Poëmata, lib. 7. p. 317. & Sam. Lotichii Carm. lib. 1. p. 43. lib. 3. p. 122. (22) vid. Caſp. Cunradi Proſopogr. Mill. I. p. 102. (23) Pater vidit liberos XVII. Avus Nepotes XXVIII. vid. Joh. Henric. Cunradi Sileſ. tog. pag. 187. (24) Prolixiorem Biographiam exhibet M. Adam Hentſchelius Paſtor t. t. Jaurov. in Concione funebri Mencelio noſtro habita ex Sirac. VII. 31-33. quæ exiit in 4to. (25) vid. Fibigerus in Scholiis ad Henelium, p. 248. & Fechneri Sylv. Elyſ. pag. 76. & 81. (26) vid. Groſſius l. c. litt. N. & Cunradi Sileſ. tog. p. 200. (27) de quo vid. Peplus noſter Bonorum Ingeniorum Goldbergenſium, Cent. I. p. 15.

ctor, (28) obiit Peſte (29) anno 1567. Vir doctiſſimus & linguæ ſeorſim Græcæ cognitione maximus. (30)

Peſte Orthmannus abit, Græco qui claruit ore.
Heu! potuit Rector tam cito peſte regi?

(XLV.) PRINCIUS (ANDREAS) J. U. D. Carolo V. Romanorum Imperatori, Hiſpaniarumque ac Bohem. Hungariæque Regi, à Secretis Aulicis, (31) Vir magnæ exiſtimationis.

Quis quantusque Virûm tibi Princius iſte videtur?
Principiadi neſcit Dia Themiſta parem.

(XLVI.) PRINCIUS (CAROLUS) *à Buchau*, Conſiliarius Cæſareus, & Judicii Capitaneatus ſupremi Vratislav. Aſſeſſor, (32) Vir candidæ mentis & antiquæ Virtutis homo, clauſit vitam 5. Calend. Julii anno 1652. (33) ætatis ſuæ 67.

Antiquæ Virtutis homo, fideique vocabar;
Dicebarque Dices non inamœnus honor.

(XLVII.) PRINCIUS (DANIEL) *à Buchau in Falckenau & Croſſen*, Sacræ Cæſareæ Regiæque Majeſtatis in Camera utriusque Sileſiæ Conſiliarius, Aulæque ſeu Lateranenſis Palatii Comes, nec non Appellationum Pragenſium Adſeſſor primarius, (34) & Rudolphi II. Romanorum Imperatoris Orator,

(28) Cujus in Diſciplina Scholaſtica Severitas laudatur in Suevi Mnemoſyne Leorin. litt. L. ult. b. (29) teſte Groſſio l. c. litt. O. (30) vid. Henric. Aliſcherus in Rectoribus ſuis Lignicenſibus num. 7. qui cum ipſius Pietate in Præceptores prod. Lignitii anno 1671. 8vo. (31) vid. Lucæ Schleſiſche Denckwürdigkeiten/ pag. 594. Fibigerus l. c. cap. 7. p. 266. & Fechneri Sylv Elyſ. p. 83. Naſo in Phœnice redivivo, pag. 160. (32) Autor der Schleſiſchen Kern-Chronicke/ P. II. c. 10. p. 641. (33) vid. Cunradi Sileſia togata, p. 222. (34) vid. Henelii Sileſ. togata, lib. 3. num. 27. apud Fibigerum in Scholiis ſuis ad Sileſiogr. renov. cap. 7. pag. 264. Caſpar Cun-

tor, (35) Vir magnæ eruditionis limatique Judicii, quem admirabilis ingenii dexteritas & ſingularis facundia ac gravitas à pulvere ſcholaſtico, (36) ad ea dignitatum faſtigia extulit. (37) Natus fuit Leobergæ die 14. Sept. anno 1536. (38) pauperrimis equidem, ſed honeſtis Parentibus. Obiit Vratislav. d. 12. Octob. Anno 1608. ætatis 62. officii 40. (39) inclaruit Legationibus (40) & ſcriptis quibusdam. Commentatus eſt de rebus Moſcowiticis, (41) item de Ortu & progreſſu Moſcoviæ, (42) quod ſcriptum exiit anno 1681. 12mo.

Invicto mea nota fides mea fama Rudolpho,
Hinc Cameræ Elyſiæ me quoque Jura tenent.

(XLVIII.) RADECKERUS (CASPAR) S.S. Theol. Licentiatus per triginta & quator annos in Eccleſia Leorina Paſtor, Vir ob morum gravitatem, donorum excellentiam, fidei ſinceritatem, meritorum denique magnitudinem in ſempiterna laude. (43) Hic anno 1563. Feſto Michaelis Concionem primam Evangelicam habuit in Monaſterio Leobergenſi,

Cunradi Proſopogr. Mel. Millen. II. pag. 151. & Joh. Henric. Cunradi Sileſ. togata, pag. 222. (35) Fechneri Sylv. Elyſiæ, pag. 82. & Naſo in Phœnice redivivo, p. 159. (36) eundem ex Conſilio Johan. Cratonis Koſiminæ in Poloniæ Palatinatu Posnanienſi functionem Scholaſticam anno 1564. ſuſcepiſſe, & aliquot annos magna diligentia adminiſtraſſe docet Henelius apud Fibigerum, pag. 264. (37) vid. Caſpar Suevi Ornamenta Leobergæ, litt. K. 3. b. (38) vid. Eliæ Reusneri Iſagog. pag. 660. & Calagii Natales, pag. 289. (39) Cunradi Sileſia togata, pag. 223. (40) Groſſius l. c. litt. P. (41) vid. Sagittarii Introduct. in Hiſt. Eccleſ. p. 45. (42) Struvii Bibliotheca hiſt. p. 759. conf. Chriſtian. Gryphii Apparatus de Scriptoribus Hiſtoriam ſeculi XVII. illuſtrantibus, pag. 558. ejus poſteri à Leopoldo I. Imperatore illuſtriſſ. Baronum ordini inſerti hodienum florent, teſte Fibigero l. c. ad Cap. VIII. p. 524. (43) Suevi Ornament. Leorina, litt. I. 2. b.

genſi, (44) clauſit dies anno 1587. 20. Sept. (45) ætatis ſuæ 72. Miniſterii 34.

Sementum Chriſti feci bene largus in arvis,
Irrita quei fructu res foret iſta ſuo.

(IL.) REIMANNUS (GEORGIUS) J. U. D. Divi olim Matthiæ, Romanorum Imperatoris, Conſiliarius, (46) Vir candidæ frontis, JCtus celebris & Poëta ſuaviſſimus, cujus Epigrammata (47) jucunde leguntur.

Tu pangis claros rithmos, verſusque jucundos,
Rebus conveniunt Nomina quæque tuis.

(L.) REIMANNUS (HIERONYMUS) J. U. D. Reipubl. Vratislav. Scabinographus, in hanc auram expoſitus eſt Leobergæ anno 1542. Menſ. Oct. exceſſit è vivis pridie Nonas Oct. 1596. (48) ætatis anno 54.

Litigioſa fori mihi credidit acta Budorgis,
Nempe meæ fidei novit & artis opes.

(LI.) REIMANNUS (JOHANNES) J. U. D. Syndicus primum in Patria per ſexennium, poſtea apud reverendiſſimos Martinum & Andream, Præſules Vratislavienſes, tandemque apud illuſtriſſimos Principes Lygio Bregenſes Conſiliarius

(44) Groſſius l. c. litt. R. (45) Cunradi Sileſ. togata, p. 229. (46) vid. Lucæ Schleſiſche Denckwürdigkeiten/ pag. 595. Fechneri l. c. p. 83. Naſo l. c. pag. 360. Duæ ad eum extant Valentini Arithmæi Epiſtolæ in Epiſt. pag. 36. & 37. (47) probe autem eſt diſtinguendus ab alio Georgio Reimanno, Leobſch. Sileſio, Profeſſore Regimontano, anno 161[illegible] defuncto Poëta ibidem ſuaviſſimo de quo Henelius l. c. apud Fibigerum, cap. 7. p. 269. & Aleutnerus in Epigramm. Cent. III. p. 105. (48) vid. die Schleſiſche Kern-Chronicke/ P. II. cap. 10. p. 650. & Caſp. Cunradi Proſopogr. Melica Mill. II. p. 109.

liarius & Cancellarius. (49) Vir ſplendidiſſimus, (50) Jure Conſultus eximius, tam morum gravitate & Conſilio, quam Eloquentia & aliis virtutibus, tanto viro dignis, ita excelluit, ut in Sileſia cum eo nullus comparandus videretur. (51) Natus fuit Leoride 7. Calend. Dec. anno 1544. (52) mortuus eſt in Patria die 21. Oct. anno 1597. (53) ibique ſepultus, monumentum (54) nactus eſt tale:

Johanni Reimanno, J. U. D. viro nobili & magno, Syndicatus primo in Republ. Patria per ſexennium, deinde Cancellarii munere apud Martinum & Andream Epiſcopos Vrat. per annos X. apud illuſt. Lignic. & Bregenſes Principes, Joachimum Fridericum, & Johannem Georgium, Fratres, per XII. Annos honorifice functus, Conſiliar. promptitudine, dexteritate Judicii, Eloquentiæ raræ & expeditæ laudibus inſigni, cujus quod fuerit perpetuo ſtudium DEO, Reip. amicis deſtinatum, Symbolo ejusdem peculiari demonſtratum eſt. Parenti B. M. debitæ pietatis & gratitudinis ergo Libb. poſ. vixit annos LIII. d. 10. obiit A. C. M. D. IIIC. d. 21. M. IIX. Hr.

Niſſenſi me Dia Themis prius addidit aulæ, (55)
Acciit hinc aulæ Lygio-Brega ſuæ.

(LII.) REIMANNUS (JOH. BAPTISTA) Johannis Filius & Virtutum Paternarum felix æmulus, (56) J. U. D. & Con-

(49) vid. Henelii Sileſ. togata apud Fibigerum l. c. c. 7. pag. 254. & Naſo l. c. pag. 159. (50) cujus laudes cecinit Sam. Latochus lib. 2. Elegiarum p. 175. & Epigrammat. lib. III. p. 256. & 257. (51) teſte Suevo in Mnemoſyne Leorin. litt. K. 3. (52) vid. Reusneri Iſagog. p. 661. & Calagii Natales, p. 373. (53) vid. Schikfuſius in Chronico Sileſiæ lib. I. cap. 42. pag. 242. Bucholceri Index, p. 813. & Polii Hemerolog. p. 398. (54) vid. Groſſius l. c. n. X. Duplici uſus fuit Symbolo, alterum exhibet Tilenus in Poëmatibus, pag 600. alterum Taubmannus in Melodæſia, pag. 456. (55) vid. Cunradi Sileſia togata, pag. 238. (56) vid. Suevi Mnemoſyne Leor. litt. K. 3.

Consiliarius initium illustrissimæ Aulæ Bregensis, nec non Gymnasii ibidem Institutionum Imperialium Professor (57) per sexennium, Lignicensis postea Reipubl. Pro-Consul, tandem quinquennio fere Ducalis ibidem Consiliarius & Secretarius intimus. (58) Vir magna Industria & probata fide conspicuus, qui Principibus suis in magnis fuit deliciis. (59) In hunc orbem editus fuit Leobergæ (60) anno 1569. Mens. Sept. reliquit illum pridie Idus Octobr. (61) anno 1614. ætatis suæ 45.

Jura meum columen Comites virtusque fidesque,
Cur non processus sit bonus ergo meus?

(LIII.) REIMANNUS (MATTHÆUS) (62) *de Reimanswalde*, J. U. D. (63) & Rudolpho II. Romanorum Imperatori à Consiliis, (64) Vir eruditus JCtus & Musicus percelebris, extant ejus Noctes Musicæ, editæ Lipsiæ 1598. (65) in fol.

Gratiam & Astræam Musas pulchramque figuram
Una vis dicam voce? Remannus erat.

(LIV.) REUSNERUS (CASPAR) Ecclesiæ quondam in Patria Diaconus, qui anno 1570. ipsa Dominica Palmarum (66) piè defunctus est.

Clara fuit quondam nostris Reusneria Virtus,
Tota Domus periit, gloria sola manet.

(LV.)

(57) vid. Sam. Latochii Laurifolia, lib. I. Epodion. p. 38. (58) vid. Henelii Silef. togat. lib. IX. num. 20. (59) exinde non immerito sapientissimum principis sui Oraculum dicitur apud Valent. Arithmæum in periculis suis Poëticis, pag. 267. (60) perperam igitur Bregensibus additur in Fibigeri Scholiis ad Henel. cap. 7. pag. 75 qui tamen ipse sui oblitus eundem recte Leobergensibus annumerat, pag. 266. (61) vid. Cunradi l. c. pag. 234. egregie quoque de eo cecinit Taubmannus in Melodæsia, pag. 281. & in Schediasmat. Poëticis, p. 542. (62) Martinus scribitur in Lucæ Schlesischer Fürsten-Crone/ p. 235. (63) Fechnerus l. c. pag. 83. (64) Naso l. c. p. 160. Fibiger l. c. cap. 7. p. 266. (65) vid. Draudii Biblioth. classica lat. p. 1221. (66) teste Grossio l. c. lit. R. Alius hujus Nominis Professor

(LV.) REUSNERUS (BARTHOLOMÆUS) Senior, Reipublicæ Leorinæ Senator, Vir de Patria ſua non male meritus, reliquit vitam die 21. Apr. anno 1574. (67)

Clareo Reusneros inter, quid Mome remordes?
Quod Virtus, Ars quod promeret anne neges.

(LVI.) REUSNERUS (BARTHOLOMÆUS) Junior, Phil. & Medic. Doctor, hujusque initium in Sileſiorum Metropoli Practicus, poſtea vero Poliater ordinarius Reipublicæ Zittavienſis in Hexapoli ad Sudetum radices. (68) Natus fuit Leobergæ Patre cognomine Senatore loci 5. Idus Martii anno 1552. (69) ceſſit fato Zittaviæ 10. Calend. Novemb. anno 1572. (70) ætat. anno 41. Vir eximiæ Doctrinæ non in re Medica tantum, ſed & Theologica etiam & Philoſophica, quod ſcripta, quæ edidit, teſtantur. (71) Publici Juris fecit Librum de febribus. Vratislav. anno 1561. (72) **Kurtze Erklär- und gründliche Widerlegung der unerhörten Gotteslästerungen und Lügen/ welche** Theophraſtus Paracelſus **in den 3. Büchern/** Philoſophiæ ad Athenienſes, **wider GOtt/ ſein heiliges Wort und wider die löbliche Kunſt der Artzney hat ausgeſchüttet.** (73) Gorlicii 1510. 4to. & 1571. 8vo.

In Medicis Chymicæ, quæ ſint enormia ſectæ,
Non veritus filo ſum dare Teutonico.

(LVII.)

---

feſſor Aurimontanus recenſetur in Peplo noſtro Goldberg. p. 33. 34. (67) Cunrad Sil. tog. pag. 236. (68) vid. plura in Pauli Freheri Theatro clarorum virorum, pag. 1052. & Henelius in Sileſia togata apud Fibigerum l. c. p. 255. (69) vid. Elias Reusnerus in Iſagog. Hiſtor. p. 661. (70) vid. Martin. Hankius in Orationibus, p. 220. & Cunradi Sileſ. togat. pag. 236. qui vero Reusnerum noſtrum Phyſicum Cygneum ſcribit. (71) vid Buchneri Dissert. Academ. Vol. II. Part. I. num. 48. pag. 243. (72) König in Biblioth. pag. 686. & Fibiger l. c. pag. 256. (73) vid. Paſchalis Gallus in Biblioth. Medic. p. 328. Lipenius in B. M. p. 99. Baſſæus. l. c. part. 2. pag. 252. & Spachtius in Nomenclat. Scriptorum Med. p. 36.

(LVII.) REUSNERUS (CHRISTOPHORUS) Bartholomæi, Medici Zittaviani, Frater, (74) Phil. Mag. (75) Reipublicæ Patriæ Syndicus, Vir de Leoride ſua meritiſſimus, (76) hauſit auram Leobergæ 4. Calend. Martii anno 1517. (77) emiſit Spiritum ibidem 8. Calend. Julii anno 1572. (78) JCtus celebris atque Orator gravis.

In Cerebro legere tuo tria Numina ſedem,
Suada potens, Pallas dives, honora Themis.

(LIIX.) REUSNERUS (ELIAS) J. U. D. & Profeſſor Academiæ Wittebergenſis, (78) circa annum 1600. (79)

Reusneros celebres vidit Sais innuba plures,
Certamen Themidi vidit &, & periit.

(LIX.) REUSNERUS (ELIAS) Nicolai Frater, (80) Medi-

(74) quod conſtat ex Buchneri l. c. p. 243. (75) J. U. L. ſcribitur apud Scholiaſten Henelianum, p. 265. & in Lucæ Denckwürdigk. pag. 623. Naſo l. c. p. 159. (76) Ille enim eſt, qui anno 1561. à Dn. Balthaſare, Epiſcopo Vratislav. reditus trium altarium impetravit eum in finem: ut ſtudioſi inde in Academiis ſuſtentarentur. Quid? ille eſt, qui anno 1560. apud eundem Epiſcopum id perfecit, ut Monachis omnibus dilapſis Monaſterium Senatui traderetur, reditibus ad Noſocomium Leproſorum translatis: vel ob hoc unum dignus, qui contra vulgi invidiam & Machinationes virtuti inimicas rectius defenſus fuiſſet. Nam cum ante illud tempus ſchola haberetur in eo cœmiterio parochiali loco, quo jam egregiæ ædes pro ſchola Vernacula exſtruuntur: illius Reusneri opera & ſtudio ea jam tenemus tecta, quæ ſcholæ, qua auditoria, qua habitationes, longe ſunt accommodiſſima. Sunt verba Caſp. Suevi in Leobergæ Ornament. litt. L. (77) vid. Cunrad. Sileſ. tog pag. 236. & Reusneri Iſag. Hiſt. p. 661. (78) vid. Cunradi Mill. I. pag. 143. (79) Groſſii Sidera Sileſiæ, litt. R. inter Profeſſores tamen Leucoreos, quorum integrum Catalogum inde à Fundatione Academiæ recenſet Andr. Sennertus in Athenis Witteb. lib. I cap. XII. p. 136. non inveniendus. (80) vid. Quenſtedii Dialogus de Patriis illuſtrium virorum, pag. 192.

Medicinæ Licentiatus, Hiſtoriarum ac Poëſeos in Academia Jenenſi Doctor. (81) In hunc mundum editus fuit Leobergæ 6. Idus Septemb. (82) reliquit illum pridie Calendas Octob. anno 1612. (83) ætatis ſuæ 57. Vir ſine omni mala malitia, in quo fides, candor, probitas, humanitas, modeſtia, temperantia, & quicquid laudari poteſt, ita habitarunt, ut bonis omnibus, cordatisque amori eſſet, & admirationi (84) Hiſtoricus inſignis, Poëta eximius, (85) & Genealogicus valde gnarus. (86) Scripſit multa: Opus Genealogicum Catholicum, Francofurti anno 1592. & 1611. fol. (87) Genealogicum Romanum, de præcipuis Familiis, Regum, Principum, Cæſarum, Impp. Conſulumque & aliorum Magiſtratuum & Procerum Imperii Romani ab V. C. usque ad ſua tempora, Francofurt. 1589. (88) Genealogiam Regum, Electorum, Ducum atque Comitum, qui Origines à Saxonum Wittekindo ducunt, Lipſ. 1610. in folio. (89) De Epiſtola Chronologica Sethi Calviſii ad candidum Lectorem admonitionem. Lipſ. 1610. 4to. Chronologias

(81) vid. Adriani Beyeri Architectonicus Jenenſis, oder Beſchreibung der Stadt Jena / cap. 44. pag. 577. Idem in Nomenclatore Profeſſorum Jenenſium, pag. 1007. Fechnerus l. c. pag. 76. & Fibiger l. c. cap. 7. pag. 256. & Joh. Jacob Reimannus, in der Einleitung zu der Hiſtoria Litteraria der Teutſchen / lib. II. ſect. III. pag. 502. (82) vid. ipſe noſter Reusnerus in Iſag. p. 661. Calagius in Natalibus, p. 282. König. in Biblioth. p. 686. & Witte in Memoria Philoſophorum Decade I. pag. 62. (83) vid. Cunradi Sileſ. togata, p. 236. Cortymii Florilegium Hiſt. pag. 225. & Hankii Orationes, pag. 221. (84) teſte Nicol. Henelio in Sileſia togata, apud Fibigerum pag. 257. (85) vid. Cruſius de Wittekindo, cap. 2. Zeillerus Part. II. de Hiſt. pag. 124. & Matthiæ Theatrum Hiſtor. pag. 1125. (86) Dieterich in Henr. I. num. 1. apud Tob. Magirium in Eponymologic[illegible] pag. 706. (87) vid. Struvii Biblioth. Hiſtor. pag. 791. Naudæi Bibliographia Politica, p. 123. & Lipenii Bibl. Juridica, p. 206. Bibliothec. Schultziana, pag. 31. & Bolduani Biblioth. Hiſtor. pag. 31. (88) Lipenii Bibliotheca Jurid. pag. 206. (89) Lipenii Biblioth. Phil. pag. 560.

in Isagogen Histor. observat. Jenæ 1600. 4to. (90) Flores Historico-Politicos, Herbypoli 1651. 4to. (91) & Herbornæ anno 1654. 8vo. (92) Isagogen Historicam, Jenæ 1609. 4to. (93) Diarium Historicum, 1590. (94) Artis Stratagemat. libros 3. Francof. 1609. 4to. Chronologiam Historiæ Romanæ, Francof. 1612. 8vo. (95) Europam, Herbornæ 1653. 8vo. (96) Brevem & succinctam duarum quæstionum Chronologicarum Controversiarum enodationem de Ministerio Christi, & de Norma Christiana, Jenæ 1620. 4to. (97) Poëmata varia: (98) Paradisum seu hortum Poëticum, Basil. an. 1579. 8vo. (99) & alia plura, de quibus alio tempore (100) prolixius.

Calliopen, Sophiam, Meditrinamque, Historiamque
Corde vigore tuo, Jena polita docet. (101)

(LX.)

90) vid. Bolduani Biblioth. Histor. p. 31. 72. & 177. (91) vid. Bibliothec. Albertina, pag. 186. (92) vid. Cornelii à Beughem. Bibliotheca Jurid. pag. 192. (93) vid. Paul. Bolduanus in Biblioth. Histor. pag. 59. (94) vid. Lipenii Biblioth. Jurid. pag. 183. hoc tamen scriptum perperam ejus fratri Nicolao Reusnero (de quo infra num. LXVII.) tribuit Thom. Jamesius in Catalog. Biblioth. Bodlejanæ appendice, p. m. 30. Quem errorem etiam erraverunt Labbeus in Mantissa supellect. Antiquariæ Biblioth. suæ Bibliothecarum adjecta, pag. 635. & Witte Tomo I. Diarii Biographici ad ann. 1602. observante Johann. Mollero in Homonymoscopia, p. m. 715. (95) vid. Jamesius in Catalogo cit. p. 421. (96) vid. Cornel. à Beughem. in Biblioth. Histor. pag. 206. & 207. (97) vid. Lipenii Bibliothec. Theol. T. II. p. 914. (98) Quæ leguntur Tomo V. Deliciarum German. pag. 561. (99) vid. Draudii Bibliotheca Classica lat. pag. 1578. (100) Interim tamen evolvi potest Henr. Wit[illegible], I. Diarii Biograph. ad annum 1612. litt. K. 6. & in Memoriis Philosoph. Decad. I. pag. 77. & seqq. (101) vid. Cunradi Prosopograph. Melica Mill. I. pag. 143.

(LX.) REUSNERUS (FRANCISCUS) Phil. Decretorum & S. S. Theologiæ Doctor, Parochus Svidnicenſis, (1) Canonicus Vratislavienſis, & Officialis & Vicarius in Spiritualibus generalis, (2) Vir præclariſſimarum virtutum & inſignium Talentorum, (3) Theologus præclaræ Pietatis, (4) raræque Autoritatis, (5) clauſit annos ſuos anno 1530. 13. Calend. Septembr. (6) Vratislav. Ejus Monumentum in templo S. Johannis tale eſt:

Franciſco Reusnero, hujus ædis Canonico & Parocho Svidnicenſi ac Officiali, Vicarioque in Spiritualibus generali, Viro, experientia claro, exſecutores poſuere: qui obiit Anno Domini M D XXX. Auguſti XX. die.

Doctrinæ Laus rara tuæ, Reusnere, manebit,
Te merito ſequitur gloria, fama, decus.

(LXI.) REUSNERUS (HIERONYMUS) Chriſtophori filius, (7) Medicinæ Doctor, initium Reipubl. Curienſis in Variſcia Poliater, poſtea celeberrimæ Imperii Urbis Nordlingæ Phyſicus Ordinarius. (8) Natus fuit Leorini d. 26.

(1) Legi meretur M. Godofr. Balthaſ. Scharff, Archi-Diaconus hodie Eccleſiæ Evangel. apud Svidnicenſes, in der Glückſeeligkeit des Evangeliſchen Schleſien / pag. 11. 39. & 40. (2) Prolixius vitam ejus expoſuerunt Mart. Hankius in lib. de Sileſiis indigenis eruditis, cap. LXVIII. pag. 206. & Henelius in Sileſ. togata, lib. 6. num. 2. (3) Sunt verba Naſonis l. c. pag. 159. & ex eo Fibiger l. c. cap. 7. p. 206. (4) In Controverſiis, quæ tum inter Pontificios & Evangelicos magnis viribus agitabantur, probabat eorum ſententiam, qui ſuis operibus nihil, omnia Chriſti meritis imputantes, ſola in DEUM fiducia & juſtos & beatos fieri ſenſebant, annotante Hankio l. c. pag. 207. proinde quoque Schickfuſius eum nominavit einen Evangeliſchen Prædicanten / in Chron. Sileſ. lib. IV. cap. 11. p. 86. (5) teſte Suevo in Mnemoſ. Leor. litt. K. 2. (6) vid. Reusneri Iſagog. p. 661. (7) Teſte Suevo in Ornam. Leoberg. litt. L. 2. b. (8) vid. Godofr. Suevus in Acad. Witteb. litt. L. 4. Lucæ in der Schle-

Sept. anno 1558. (9) floruit sub exitum Seculi XVI. & initium Sec. XVII. Vir certe eruditus, qui editis cultissimi sui ingenii, & exquisitæ doctrinæ lucubrationibus æternum Nomen sibi comparavit. Scripsit de Pollinctura & Sepultura Cadaverum ut & de Probationibus Urinarum, (10) & remediis ab Urina. Decisiones, editas Basileæ anno 1578. 4to. & Epistolas, Francof. 1600. 8vo. (11) Curationes & Observationes, (12) Tractatum de Scorbuto, (13) illustravit cum Scholiis Jodoci Willichii Urinarum probationes, easque edidit Basil. 1582. (14) & alia (15) quædam.

Quæ Crisis in Lotio morbi quæ causa latentis
Willichii mecum scriptio docta probat.

(LXII.) REUSNERUS (HIERIMIAS) Phil. Mag. & J.U.C. Illustr. Comitum Salmiensium in Saxonia Consiliarius, (16) JCtus eruditus & candidæ frontis. Natus fuit Leobergæ ipsis Calend. Novembr. 1557. (17) Naturæ debitum solvit

Schlesischen Fürsten-Crone. p. 256. & Henelius apud Fibigerum loc. cit. p. 256. (9) vid. Reusneri Isagog. Hist. p. 661. Calagius l. c. pag. 399. & Cunradi Silef. togat. p. 237. (10) quæ MSta inveniuntur in Biblioth. G. Thomasii, teste Rudolpho Martino Meelführero ad Almelovenii Bibliothec. promissam & latentem pag. 138. (11) Lipenii Biblioth. Med. pag. 41. & 157. Draudius in Bibl. Class. pag. 702. (12) editas à Georgio Hieronymo Velschio, August. Vindelic. 1668. 4to. teste Cornel. à Beughem. in Biblioth. Med. pag. 219. Conf. Lipen. l. c. pag. 131. (13) König in Biblioth. p. 686. (14) vid. Paschalis Gallus in Biblioth. Medica, pag. 198. (15) Perperam vero Hieronymi nostri Nomen præ se ferunt Consilia Belica & Cynosura Juris apud Lipenium in Biblioth. Juri[illegible] 534. quæ verum Autorem Nicolaum Reusnerum, Antecessorem Jenensem agnoscunt, qui fatis cessit 1602. Witte Diar. ann. 1602. (16) vid. Suevi Mnemosyne Leorina, litt. L. (17) Eliæ Reusneri Isagog. pag. 66.

(18)

vit 15. Calend. Febr. 1549. (18) edidit Nicolai Ciſneri, (19) celeberrimi viri, Commentaria, Baſil. (20) anno 1588.

Chriſto ſimpliciter vixi, prudenter at Orbi,
Sic me non potuit fallere manca fides.

(LXIII.) REUSNERUS (JEREMIAS) Nicolai & Eliæ frater, J. U. L. Ducalis quondam Lygio-Bregenſis Conſiliarius, (21) ſub exitum ſeculi XVI. Vir doctrina & conſilio pollens publicavit Nicolai Fratris ſui Emblemata Ethica, Phyſica, Hiſtorica & Hieroglyphica cum præfat. Francof. anno 1581. 4to. ut & ejusdem Stemmatum ſeu Armorum Gentilitiorum libros III. cum præfat. accurataque diſpoſitione operum omnium à Nicolao Fratre editorum Francof. anno 1581. 4to. & alia plura.

Hic quoque Juridici Lampas fuit inclyta templi,
Legibus illuſtrans abdita quæque ſuis.

(LXIV.) REUSNERUS (JEREMIAS) J. U. D. (22) Profeſſor publicus Wittebergenſis, Academiæ Senior, Facultatis Juridicæ Anteceſſor, (23) Conſiliarius Electoralis Saxonicus, Curiæ Provincialis, Scabinatus, & Judicii Eccleſiaſtici Aſſeſſor. (24) Natus fuit Leobergæ 4. Nonas Maji 1590. (25) deceſſit propridie Calendas Octobr. anno 1652. (26) ætatis ſuæ

(18) Cunrad. Silef. togata, pag. 235. & 236. (19) de hoc vid. Quenſtedii Dialogus de Patriis illuſtrium virorum, pag. 181. & Cunradi Proſopograph. Melica Mill. I. p. 30. (20) teſte Draudio in Biblioth. Claſſ. Iat. pag. 587. (21) vid. Lucæ Schleſiſche Denckwürdigkeiten / p. 618. & Fibigerus ad Henelium in Silef. cap. 7. p. 266. (22) Wittebergæ renunciatus anno [illegible]. teſte Sennerto in Athenis Witteb. lib. I. cap. 8. p. 110. (23) Sennertus l. c. lib. I. cap. 6. p. 75. 77. & 79. (24) vid. Freherus in Theatro clarorum virorum, pag. 1127. ſeqq. Godofredus Suevus in Acad. Witteb. litt. P. p. p. 3. (25) vid. Meisnerus in Deſcriptione templi Collegiati Wittebergæ, p. 127. (26) prolixius vita ipſius legitur in Concione funebri ab Abra-

ſuæ 62. JCtus magni Nominis magnæque doctrinæ, edidit in Lucem Methodum Juris feudalis, Wittebergæ 1632. 1649. 1658. (27) & 1659. (28) 8vo. Decadem Controverſiarum Juris poſitionum, Diſputationes multas: de Fato; de Præmiis & Pœnis; de Hoſpitatione militari; de Conſuetudinibus in genere; de Exemptione Clericorum; de fidejuſſoribus, (29) & alia. In templo Collegiato omnium Sanctorum Witteb. ejus hoc (30) legitur Monumentum:

D. M. Æ. S.
Et B. B. M. M.

Jeremiæ Reusneri, JCti, & in Academ. Witteb. Anteceſſoris Ordinarii ac Senioris, Conſiliarii Electoral. Saxonici, Curiæ Provincialis, Scabinatus, & Conſiſtorii Eccleſiaſtici Aſſeſſoris, qui Leorini Sileſiorum natus anno Chriſti CIↃ IↃ XC. d. IV. Nonas Majas IX. Cal. Novemb. anno Chriſti CIↃ IↃ CXVIII. Clariſſimæ Virgini Annæ Mariæ Schröteriæ nuptus, atque ex ea Pater IX. Liberorum, binorum Maſculi, cæterorum ſequioris ſexus factus, cum in honoribus & oneribus publicis DEO pietatem, proximo æquitatem, ſibi ſobrietatem approbaſſet, ſatis Annorum vitæque ſatur, plenus fidei, plenus ſpei exceſſit anno Chriſti CIↃ IↃ CLII. propridie Calend. Octobr. qui

Abrahamo Calovio habita, & in Parentatione à Joachimo Nergero ipſi dicta, quæ cum Programmate Exequiali & Epicediis prod. junctim Witteb. 1652. in 4to. (27) vid. Lipenii Biblioth. Jurid. pag. 118. & 275. (28) vid. Gornel. à Beughem. Biblioth. Jurid. pag. 193. (29) de quibus Henning. Witte Tom. I. Diar. Biogr. ad ann. 1652. & Tom. II. p. 68. König. Biblioth. p. 686. Falſo tamen Jeremiæ noſtro adſcribit Bolduanus in Biblioth. Hiſt. p. 139. Orationem Adhortatoriam contra Turcas, Francof. 1597. edit. quæ vero Autorem genuinum habet Eliam Reusnerum, Profeſſorem Jenenſem, cui merito adſcribitur ap. Jameſium Biblioth. Bodlej. p. 421. (30) Sennerti Athenæ Witteb. lib. 2. cap. 2. p. m. 215. & 216.

qui D. Michaëli ſacer erat, ejus quod claudi potuit hic recondi, & quicquid iſtud Monumenti eſt Marito ac Parenti incomparabili & exèmplis omnibus nobiliſſimè de ſe merito vidua liberique ſuperſtites perpetuo mœrori damnati P. C. Habe lector & abi mortalitatis tuæ & æternitatis memor.

Ambigo, quid de te Lux ô Reusnere Themiſtos
Dicam: Percelebrem te tua ſcripta docent.

(LXV.) REUSNERUS (JOHANNES) Chriſtophori Frater, civis Leobergenſis, obiit Anno 1572. ætatis ſuæ 74. (31) Vir tum ob Antiquitatem illius Familiæ, quæ tot clariſſimos Viros eruditione conſpicuos dedit, tum ob Doctrinam (32) hic notandus.

Reusneridum Patriis vetus eſt proſapia terris,
Nunc tantum Generis Nomen inane manet.

(LXVI.) REUSNERUS (JOHANNES) S. S. Theol. Candidatus, perilluſtrium olim Juniorum de Reyſicht Ephorus, poſtea Secretarius, ultimus Reusneriorum celeberrimæ hujus in Sileſia gentis, abſolvit vitam anno 1664. (33)

Reusneridum veteri poſtremus origine Janus
Stirpe fuit gentis deficiente ſuæ.

(LXVII.) REUSNERUS (NICOLAUS) Philoſ. & J. U. D. ac Comes Palatinus Cæſareus, (1) initium Gymnaſii Lavingani Rector, hinc Aſſeſſor Cameræ Spirenſis Imperialis, poſtea in Athenis Alſatiæ Inferioris, Juris utriusque Sacerdos,

(31) teſte Gronio in Sideribus Sileſiæ & Luſatiæ litt. R. (32) Sunt verba Godofredi Suevi in Academia Wittebergenſi, litt. K. 3. (33) teſte Groſſio l. c. (1) vid. Taubmanni Melodæſiam, p. 203. & Tob. Aleutnerus Epigramm. Cent. VI. p. 260.

cerdos, ultimum Academiæ Jenenſium Inſtaurator, Collegii Juridici Senior, Profeſſor atque Anteceſſor, nec non Sereniſſimorum Ducum Saxoniæ Conſiliarius & Dicaſterii Provincialis Aſſeſſor. (2) Felici ſiderum poſitu, Muſis atque Gratiis applaudentibus, natus eſt Leorini in Sileſia, patre Franciſco 1545. poſtridie Calendas Februarii, (3) clauſit vitam Jenæ in Magiſtratu Academico Apoplexia ſuffocatus, pridie Idus Aprilis anno 1602. ætatis ſuæ 58. (4) Vir undiquaque magnus, & literarum non tantum fama, verum imprimis etiam corporis auguſtia ubique ſpectatiſſimus. (5) Homo in omni Doctrinarum genere verſatus, Sol Juris, (6) Poëta dexterrimus, Philoſophus & Orator præſtantiſſimus, (7) ſcripſit plurima, philoſophica, eaque varia, Poëtica elegantiſſima ac Juridica, multivaria certe eruditione referta. Inter Philoſophica celebrantur: Elementa Dialectica Argentorati emiſſa anno 1602. Elementa artis Rhetoricæ, Argent. 1588. & 1602. Orationes panegyricæ, Jenæ 1595. 8vo. 2. vol. Itinerarium totius Orbis, Baſileæ 1592. 8vo. Ethica & Phyſica Chriſtiana, Jenæ Anno 1590. 8vo. Emblemata Ethica & Phyſica, (8) Epiſtolarum Turcicarum variorum Autorum volumina IV. Lipſ. 1596.

(2) vid. Jacobi Friderici Reimanni Einleitung in die Hiſtoriam Litterariam der Teutſchen / P. III. lib. 2. ſect. III. pag. 713. Freherus in Theatro pag. 959. & Suevi Mnemoſyne Leorina litt. K. ult. conf. Buchneri Diſſertat. Acad. Vol. II. part. I. p. 244. & Melch. Adami Vitæ Germ. JCtorum, pag. 175. (3) vid. Joh. Petrus Lotichius in Bibliotheca Poëtica, part. II. p. 144. Cunradi Sileſ. togata, pag. 238. & Calagii Natales, p. 34. (4) vid. Henelii Sileſia togata apud Fibigerum l. c. c. 7. p. 263. Adriani Beyeri Architectonicus Jenenſis, cap. 44. p. 570. & cap. 45. p. 581. & Helvici Theatrum Hiſt. pag. 825. (5) Lotichius in Bibl. Poët. part. [illegible] p. 145. 146. & 150. (6) vid. Taubmanni Melodæſia, pag. 391. 392. & Aleutneri Epigramm. Cent. 7. p. 308. (7) Matthiæ Theatrum Hiſtoric. pag. 1125. & Quenſtedii Dialogus cit. p. 191. (8) vid. Pauli Boldnani Biblioth. Philoſoph. p. 103. 138. 145. 303. 393. 612. & 614.

HERZOGLICH SÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK · REGENSBURG

1596. Francofurti 1597. 1598. & 1600. 4to. (9) Liber de Principibus & Ducibus Venetorum, Lavingæ 1579. 8vo. (10) Miſcellanea Menologica, Francofurti 1590. 4to. (11) & de militia Chriſtiana Orationes tres Lavingæ 1579. Oratio de illuſtribus Academiæ Jenenſis Luminibus maxime in Jurisprudentia, Jenæ 1590. (12) Oratio de Academiis & Scholis præcipue JCtorum, Jenæ 1595. 4to. (13) Ephemeris ſeu Epitome omnium Feſtorum, cum veteribus Calendariis Græco-Romano triplici & Biblico duplici, Francof. 1590. 4to. (14) Inter Poëtica eminent Ænigmatographia, Francof. 1602. 12mo. (15) Imagines illuſtrium fide & doctrina virorum, Jenæ 1597. 8vo. Icones Ducum Electorum Saxoniæ anno 1597. (16) Anagrammatographia, Jen. 1602. (17) Poëmata varii argumenti, 8vo. (18) Epigrammata, 8vo. Urbes Imperiales, Francofurti anno 1651. 8vo. (19) Symbola Imperatoria, Francof. 1588. (20) Imperatores à Julio Cæſare ad Maximilianum, Lipſ. 1572. 8vo. (21) & Carmina alia. (22) Inter Juridica ſunt eminentiora: Deciſiones Juris ſingularis, Francofurt. 1599. Comment. in Juris 7. difficillimas leges, Francof. 1606. Commentarius de Obligationibus, Francof. 1603. 8vo. (23) Corpus

(9) vid. Draudii Biblioth. claſſ. lat. p. 1274. & Lipenii Biblioth. Theol. pag. 139. Tom. I. item Biblioth. Albertina, p. 206. (10) Bolduani Bibl. Hiſt. p. 136. & 180. (11) Lipenii Biblioth. Theol. p. 189. & Jameſii Biblioth. Bodlejan. Append. p. 30. (12) vid. Thurman. in Biblioth. Academicam p. 104. (13) Lipen. Biblioth. Philoſ. p. 4. (14) Labbe in Mantiſſa Antiq. ſuppellect. apud Theiſſerium in Catalogo, p. 351. (15) vid. Biblioth. Albert. p. 235. (16) vid. Reimannus l. c. P. I. Lib. I. Sect. III. p. 242. & 412. Bolduani Biblioth. Philoſ. p. 585. & Theiſſerius l. c. p. 247. (17) Draudius l. c. p. [illegible] (18) Jameſius l. c. & Lotichius l. c. p. 150. ſeqq. (19) Beughem. in Bibl. hiſt. p. 207. (20) Reimannus l. c. P. III. lib. 2. ſect. 3. p. 713. (21) vid. Bibliotheca Heinſiana, P. II. p. 114. (22) quæ leguntur in Deliciis German. Tomo V. p. 581. ſeqq. annotante Königio in Bibliotheca, p. 686. (23) Jameſius l. c. p. 427.

Jurisprudentiæ enucleatum, Francof. 1598. 8vo. de Arte Jurisprudentiæ, Spiræ 1588. Cynoſura Juris, Spiræ 1588. 8vo. De Caſibus Fortuitis, Argent. 1588. 4to. De Jure Codicillorum, Lipſ. 1601. 4to. Diſputationes 3. de Jure & qualitate rerum divinarum, Lavingæ anno 1579. 8vo. Libri IV. Inſtitutionum ſeu Elementorum Juris enucleatorum, Francofurt. 1585. 8vo. Pentas Legalis, Francof. 1623. 4to. (24) Diſputationes multæ, (25) & plura alia. (26) Ipſe ſibi vivens poſuit Monumentum, quod viſitur Jenæ in templo Collegiato hocce:

Deo Trini & uni.

Nicolaus Reusnerus, Leorinus, Franciſci F. & Nicolai N. J. U. D. Sacri Lateranenſis Palatii, Aulæ Cæſareæ & Imperialis Conſiſtorii Comes, Illuſtr. Saxoniæ Ducum Conſiliarius, Collegii Juridici in hac Academia Senior & Anteceſſor, ejusdemque Dicaſterii & Judicii Provincialis Aſſeſſor, cum poſt multos Reipublicæ navatos labores, Lavingæ primo, deinde Argentinæ, poſt Jenæ, tam docendo & commentando, quam de Jure Reſpondendo & Judicando multis in omni genere Doctrinæ publicatis Ingenii Monumentis ſuam pro virili publice & privatim probaſſet fidem & induſtriam, mortalitatis humanæ memor ſimul & beatæ plenus ſpe immortalitatis ſibi & conjugi ſuæ chariſſ. Magdalenæ Weihenmayeræ, Leonhardi F. Hulderici N. vivens ut mortuus, monumentum hoc poſ. anno Chriſti M D C. ætatis LVI.

Plu-

(24) Lipenius in Bibliotheca Juridica, pag. 45. 58. 75. 167. 166. 152. 252. 275. 238. 298. 356. 359. & paſſim (25) quas recenſet Witte T. I. Diarii Biogr. ad ann. 1602. (26) vid. Simleri Biblioth. pag. 63' Freheri Theatrum, p. 961. Adami vitæ German. JCtor. pag. 176. Lotichii Bibl. Poët. p. 150. 151. 152. & Jeremiæ Reusneri accurata Diſpoſitio operum omnium à Nicolao Reusnero editorum, quæ cum Stemmatum ſeu armorum Gentil. Libris prodierunt Francofurti 1581. 4to.

Plura dabimus alio tempore, vitam vero Nicolai noſtri contexit Johan. Wertzius (27) ediditque Jenæ 1603. 4to.

Nicolus eſt quadrivir: nam bis duo corda tuetur
Corde, Dicen, Suadam, Pallada Calliopen. (28)

(LXIIX.) ROSENBERGIUS (SIMON HIPPOLITUS) primum Ordinis ſancti Dominici Religioſus ad D. Alberti Vratislav. ſuperior, & ad D. Dorotheæ ibidem Paſtor Pontificius, deinde inter primos Concionatores & Reſtauratores Evangelicæ Veritatis apud Leobergenſes Eccleſiaſtes circa ann. 1525. (29) Hinc Diaconus ad D. Mar. Magdalen. Vratislav. (30) ultimum Paſtor Noviforenſis, (31) obiit ipſis Calend. Sept. 1537.

Dum docui in variis Cathedris, Chriſto Auſpice Chriſtum
Præpoſui cunctis, corde piente Logis.

(LXIX.) ROTHMANNUS (JOHANNES) Eccleſiæ Sabothenſis Paſtor in agro Leobergenſi, ſed ab anno 1654. per Reformationem Exul, vixit in pago Armenruh/ Circuli Aurimontani, Naturæ debitum ſolvit, (32) 4. Calend. Auguſti anno 1659.

Terra DEI eſt & ubique ſumus ſub tegmine cœli,
Exulis Auxilium, qui fuit Exul, erat.

(LXX.) SAUER (JOHANNES) J.U.D. Reipublicæ Leoreæ

(27) Teſte Theiſſerio in Catal. p. 205. (28) vid. Caſp. Cunradi Proſopographaph. Mel. Mill. I. pag. 144. (29) vid. Suevi Ornam. Leoberg. litt. I. (30) vid. Matth. Hanſi Memor. Concionat. Vratislav. pag. 47. (31) vid. die Schleſiſche Kern-Chronicke / P. II. cap. 10. p. 654. & Cunrad. Sileſia togata, p. 246. (32) teſte Groſſio l. c. litt. R.

Conſul, (33) qui magna cum laude faſces patrios geſſit, (34) vivere deſiit anno 1477. (35) die Lunæ X. Martii.

Saurius & noſter decus admirabile Juris,
Magnus erat meritis, ac pietate gravis.

(LXXI.) SAURIUS (STANISLAUS) Johannis filius, Decretorum Doctor & Eccleſiæ Cathedralis Vratislaviæ Canonicus. (36) Natus fuit Leobergæ anno 1469. ceſſit fato Vratislav. 12. Calendas Febr. anno 1535. (37) Vir eximius & præcipuum id ævi Eccleſiæ illius decus. (38) Hic Hieronymi Stridonienſis Epiſcopi, cujus omnia perlegerat opera, ſingularis amator & venerator, ſententias præcipuas ſub titulos redactas in Codicis formam digeſſit. (39) Geminum ejus viſitur monumentum, in æde ad S. Crucis ibidem, unum marmoreum, quod ſibi ipſi vivus fieri fecit. Alterum, quod defuncto gratitudinis ergo conſtituit Vincentius Hortenſius, (39) Canonicus Vratislavienſis.

Quod Juris Decreta mihi tribuere Brabeum,
Auxerunt Canones, Bresla polita, tui.

(LII.) SCHOLTZIUS (FRIDERICUS) initium Gymnaſii Eliſabethæ in Vratislav. Præceptor (40) & Eccleſiaſtes ad S Salvatoris, (41) poſtea Paſtor Conradowaldenſis & Langui-

(33) Fechnerus in Sylvis Elyſ. p. 82. (34) geſſit autem per annos 50. continuos Conſulatum, teſte Suevo in Mnemoſyne Leorina litt. K. & Naſo l. c. p. 159. (35) vid. Hankii de Sileſiis eruditis indigenis, cap. 72. (36) vitam ejus delineavit B. noſter Præceptor etiam poſt fata colendus Mart. Hankius in tract. de Sileſ. eruditis indigenis. p. 211. ſeqq. (37) vid. Cunr. Sileſ. tog. pag. 257. (38) vid. Henelius in Sileſia togata apud Roigerum l. c. p. 255. (39) Leg. in Sim. Grünei Monument. Sileſ. p. 12. (40) anno 1574. teſte Hankio in Propagatoribus litt. Vrat. p. 15. (41) anno 1576. vid. Hanſi Memor. Concionat. Vratislav. p. 74.

guiſanus in Ducatu Bregeo, (42) ultimum Diaconus ad S. Eliſabeth Vratislav. obiit peſte (43) anno 1584. 3. Non. Junii ætatis 37. (44)

Prætoris Nomen tibi contribuere Parentes,
Præconis munus credidit ipſe DEUS.

(LXXIII.) SCHOLTZIUS (GEORGIUS) Scholæ Magdalenæ apud Vratislav. Præceptor, (45) ſimulque, ibidem Eccleſiæ Cantor, Muſicus egregius, ad fatum ſuum veniebat 10. Calend. Sept. anno 1610. (46) ætatis ſuæ 68. officii 41.

Harmonicis gaviſe modis Juvenisque Senexque,
Cœlica nunc inter lumina dulce canis.

(LXXIV.) SCHULTZIUS (CHRYSOSTOMUS) antea Lycei Rector in Patria, hinc Gymnaſii Eliſabethani Vratislav. Profeſſor, (1) demum ampliſſimo Scabinorum ordini Vratislav. à Secretis. (2) Clauſit dies ſuos Breslæ 10. Calend. Febr. 1664. (3) ætat. 57. Vir eruditiſſimus, Orator, Hiſtoricus & Poëta ſuo tempore paucis inferior. Extant ejus Parentationes & Sermones exequiales bene multi, (4) elaboravit Carmine ſatis prolixo vernaculo: Sieges-Fahne und Ehren-Säule dem HErren aller Herren / dem Könige aller Könige / für ſeine Auff-

(42) Hankius l. c. p. 76. (43) Hanſi l. c. p. 27. (44) Cunradi Sileſ. tog. pag. 272. (45) ab anno 1569. teſte Hankio l. c. p. 76. (46) vid. Caſp. Cunradi Proſopographia Melica Mill. II. pag. 175. (1) ab anno 1637. vid. Hankii Prop. litt. Vrat. p. 76. (2) Fechnerus in Sylvis Elyſiis, p. 84. & Hankius in Oration. p. 261. multa quoque ad vitæ ejus Curriculum pertinentia ipſe recenſet in Oratione Valedictoria, Vratislav. edita 1641. 4to. (3) vid. Epicedia in Exequias ipſius facta, quæ junctim exierunt typis Vratislav. 1664. 4to. (4) XL. illarum leguntur: In der Schatz-Kammer Schleſiſcher Leich-Abdanckungen / P. II. p. 501-835. & P. I. p. 410. ſeqq. & 763. ſeqq.

Aufferſtehung und Göttliche Uberwindung aller ſeiner Feinde zu ſchuldiger Danckbarkeit aus demüthiger Andacht geſteckt und auffgerichtet/ Breslæ 1649. 4to. Evulgavit monumentum Henrico II. pio Lygiorum Duci, Tartarorum oppugnatori, Vratislav. 1641. 4to. (5) edidit Orationem inauguralem, de cauſis, propter quas Germania noſtra tantis cladibus ſubjecta ſit, Vratisl. 1637. 4to. & Orationem valedictoriam, de cauſis, propter quas hactenus in Scholis docuerit, jam autem exinde in forum aſcenderit, Breslæ 1641. 4to. reliquit deſcriptionem Leobergæ MStam, (6) & Theſaurum Librarium Juridicis Codicibus ditiorem Bibliothecæ Rhedigerianæ Vratislav. ſacratam.

Utilis occubuit Sophus, ô vos plangite Muſæ,
Delicium Themidos, Curia, plange tuum.

(LXXV.) SCHULTZIUS (GEORGIUS) Senior Conſul Reipublicæ Leobergenſis, (8) ſub exitum ſeculi XVI. Vir ſingularis prudentiæ atque virtutis, (9) qui Patriæ ſuæ magna dexteritate præfuit, & variis iisdem permultis beneficiis tempore calamitoſo egenis profuit, atque exinde non absque ſingulari luctu pauperum ſepultus eſt.

Te cecidiſſe dolet plangens plebs indiga rerum,
Tota cohors Patriæ, te cecidiſſe dolet.

(LXXVI.) SCHULTZIUS (GEORGIUS) Junior, J.U.D. (10) Ordinis Juridici in Academia Wittebergenſi Adſeſſor,

(5) teſte Hankio in Collegio MSto de Sileſiorum Rebus part. 1. c. 2. §. 44. (6) vid. Fechneri Sylv. Elyſ. pag. 85. (7) vid. doctiſſimus noſter Vratisl. Epicharmus, clariſſimus Gottlob Krantz, in Memorabilibus ſuis Bibliothecæ Rhedigerianæ, pag. 79. (8) vid. Auguſt. Buchneri Diſſertat. Academicæ, Vol. II. Part. I. num. XCIV. p. 490. (9) teſte Henelio in Sileſia tog. apud Fibigerum l. c. p. 259. (10) Witteberg. anno 1624. renunciatus, teſte Sennerto in Athenis Witteb. lib. I. cap. VIII. p. 110.

ſeſſor, Electoralis Curiæ Provincialis Saxon. Advocatus Ordinarius, Illuſtriſſ. Comitum Barbienſium Conſiliarius & Cancellarius. (11) Natus fuit Leorini Menſe Sept. anno 1599. Patre ὁμωνύμῳ Conſule loci, (12) emiſit Spiritum Wittebergæ propridie Nonas Octobr. anno 1634. ætatis ſuæ 35. (13) JCtus Juris ſcientiſſimus, (14) Vir cujus eruditionem abunde teſtantur doctiſſima ſcripta, quibus æternitati nomen conſecravit. (15) Varia enim dedit Doctrinæ ingeniique documenta, (16) Synopſin Juris feudalis Romani German. Imperii, Witteberg. 1631. & Francof. recuſa anno 1652. (17) item Lugdun. Batav. 1657. 12mo. Lipſ. & Magdeb. 1655. 8vo. Witteb. & Heidelbergæ 1660. 8vo. & Jenæ 1678. (18) Arboris Conſanguinitatis & Affinitatis expoſitionem, Witteb. 1633. & 1655. (19) Synopſin Inſtitutionum, Witteb. 1633. & 1655. (20) & Lipſ. 1655. 12mo. (21) Paratitla Conſtitutionum, Witteb. 1630. 12mo. (22) Proceſſum Judiciarium, Witteb. 1634. Synopſin Judiciariam, anno 1630. (23) Tractatum de Obligatione, Obſignatione & Diſpoſitione pecuniæ ſeu rei depoſitæ, Witteb. 1632. 12mo. (24) Diſputationesque Juridicas varias. (25) Wittebergæ in cœmeterio ante portam Elyſtranam legitur ejus monumentum hocce:

Sub

(11) vid. Curioſus Sileſius, pag. 116. & prolixius Freherus in Theatro, pag. 1069. item Fechnerus in Leoride ſua. (12) vid. Buchneri Diſſert. cit. pag. 490. (13) vid. Suevi Academia Wittebergenſis litt. D. d. d. d. b. & Hankii Orationes, pag. 211. (14) Kittelius in Encomio Sileſiæ, litt. E. & Tobias Magir in Epynomologio Critico, p. 739. (15) Henelius apud Fibigerum cap. 7. p. 259. (16) teſte Buchnero l. c. p. 491. (17) vid. Lipenius Bibliothec. Jurid. p. 188. (18) Cornel. à Beughem. in Biblioth. Juridic. pag. 214. & 215. (19) Lipenius l. c. p. 25. (20) Sennertus in Catalog. cit. pag. 49. & Königii Biblioth. p. 739. (21) Beughem. l. c. p. 215. (22) Lipenius l. c. p. 483. (23) Lipen. p. 428. (24) Idem pag. 383. (25) vid. Witte T. I. Diar. ad ann. 1634. & T. II. pag. 43. item in Memoriis JCtorum, pag. 167.

Sub hoc monumento quieſcit, Vir clariſſimus atque excellentiſſimus Dn. Georg. Schultzius, Leorinus Sileſius, J. U. D. Facultatis Juridicæ Aſſeſſor, Curiæ Provincialis Electoratus Saxon. Advocatus & Practicus, nec non Illuſtriſſ. & Generoſiſſ. Comitum Barbienſium quondam Cancellarius & Conſiliarius, qui natus eſt Leobergæ in Sileſia anno à nato Chriſto M D XCIX. d. 11. Sept. mortuus vero d. 5. Octob. Wittebergæ anno M DC XXXIV. (26)

Æquidico ut deceat mentes in Jure tenellas (27)
Edocui, hinc ævum florida fama mihi eſt.

(LXXVII.) SCHULTZIUS (NICOLAUS) J. U. D. (28) initium in Regia curia diſtrictus Leorini Præſes, poſtea illuſtriſſ. Comitum Barbienſium in Saxonia Conſiliarius, nec non Ordinis Juridici in Academia Leucorea Aſſeſſor, & Electoralis Judicii Advocatus primarius, (29) in hanc lucem editus eſt Leobergæ anno 1598. Menſe Aprilis, expertus eſt mortem 7. April. 1647. ætatis 49. (30) En dabo Epitaphium:

Chriſto Reſurrectori S.

Hic eſt, quod mortale habuit Nicolaus Schultz, Leorinus Sileſius, J. U. D. & cum in Curia Regia diſtr. Leor. Præſes, Perilluſtr. Dnn. Comit. in Barby Conſiliarius, in Facultate Juridica hujus Academiæ Witteb. Aſſeſſor, in curia Electorali Advocatus primarius, fidem, ſolertiam, dexteritatem, omnibus ubique probaſſet, lento confectus morbo, pie ac placide exſpiravit anno Chriſti M DC XLVII. ætat. XLIX. d. VII. Apr. ingenti luctu Catha-

(26) habet illud quoque Sennertus in Athenis Witteb. lib. 2. cap. 5. n. 30. (27) Cunradi Sileſ. tog. pag. 271. (28) anno 1627. Witteb. creatus, teſte Sennerto in Athen. Witteb. p. 110. (29) vid. Suevi Acad. Witteb. & Freheri Theatrum, p. 1110. (30) vid. die Schleſiſche Kern-Chronicke/ P. II. cap. 10. pag. 671.

Catharinæ Tantiæ, quæ marito desideratiſſ. monumentum hoc P. C.

Neſtoris Eloquio ſimilis facundia linguæ
Illius ut acri cum gravitate fluit.

(LXXVIII.) SEILERUS (GEORGIUS) Philoſ. Mag. primum Scholæ Boleslavienſis Rector per quadriennium ab anno 1542. (31) poſtea Gymnaſii Aurimontani Profeſſor & Trozendorffii Collega, (32) hinc Scholæ Lignicenſis Moderator, (33) demum Eccleſiæ Lygiorum Marianæ Paſtor & Vicinarum Superintendens. (34) Natus fuit Sibilonii ad Leobergam, (35) ceſſit fato Lignicii 6. Idus Maji 1560. ætat. 38. (36) ſepultus in æde B. Virginis ſub hoc monumento:

Anno 1560. X. Maji obiit M. Georg. Seilerus, Paſtor & Superintendens hujus Eccleſiæ Marianæ:

Vita mihi eſt Chriſtus, lucrum quoque mortis amaræ,
Ergo Ego non morior, cum mihi vita DEUS.
Sim licet hic Vermis, nocuis & Vermibus eſca,
Attamen in Chriſto Vita mihi vita eſt.

Vir fuit doctiſſimus, Orator gravis & Poëta inſignis, ideoque magno illo Trozendorffio (37) in magnis deliciis.

Collegam ſumſit me Trozendorffius olim,
Nam doctis ſemper complacuere pares.

(31) teſte Andr. Senffftlebio in Peplo bonorum ingeniorum Boleslavienſium num. 71. (32) vid. Mich. Prachius in Orat. de Goldberga litt. F. & Wencelii Goldberg. MSta. (33) teſte Aliſchero in Rectoribus Lignicenſibus, num. 3. (34) vid. Keſelerus in Catalogo Paſtorum Lignicenſium & Curiolus Silenus l. c. p. 217. (35) perperam exinde Boleslavienſis audit Aliſchero l. c. (36) vid. Joh. Henric. Cunrad. Sileſ. tog. pag. 287. & Eliæ Reusneri Iſagoge Hiſtor. pag. 664. (37) plura dabimus DEO volente in Memorandis noſtris Aurimontanis.

(LXXIX.) SEILERUS (PHILIPPUS) Paſtor Eccleſiæ Mega-Waldiſianæ in Diœceſi Boleslavienſi, Vir pius & devotus, in hunc Orbem editus fuit Leorini 1521. venit ad fatum ſuum pie & placide 6. Calend. Maji anno 1584. ætatis ſuæ 63. (38) ejus ultima verba fuerunt: Vale terra, ſalve cœlum.

Munde maligne vale, mihi cœlum juſta ſalutis
Æternæ ſpes eſt, munde maligna vale.

(LXXX.) SEILERUS (TOBIAS) Philippi filius, Phil. Mag. & Poëta Laureatus Archi-Diaconus primum Leoberg. deinde Paſtor Aurimontanus, & Diœceſeos illius Decanus, (39) poſtea primarius in Eccleſia patria Miniſter, (40) ultimum Sereniſſ. Principis viduæ Electoralis Saxonicæ Concionator aulicus, (41) obiit Lichtenburg. ad Albim 1629. Vir eruditus & Poëta eximius, multis tamen ingrati Auditorii adverſitatibus atque calumniis obnoxius. Edidit Faſciculum Poëmat. Witteb. Saxonum ann. 1604. 4to. Dæmonomaniam, **oder überaus erſchreckliche Hiſtorie von einem beſeſſenen zwölff-jährigen Jungfräulein zu Löwenberg in Schleſien** / Witteb. 1605. 4to. recuſam Halæ Saxon. cum Præfatione Valentini Alberti, (42) Profeſſoris Lipſ. anno 1673. 8vo.

Conſcia mens recti famæ mendacia ridet,
Mordeat hinc Mundus nunc tua facta malus.

(LXXXI.) SEILERUS (TOBIAS) Tobiæ Filius, Philippi Nepos, Phil. Mag. & Paſtor initium in Patria, hinc Exul, (43)

(38) prolixius obitum ipſius pium ac placidum decantavit Tob. Seilerus ejus in Poëmatum Faſciculo, num. XIV. edit. Witteb. 1604. 4to. (39) de quo in noſtris memorandis Aurimontanis, (40) vid. Joh. Fechneri Sylvæ Elyſ. p. 82. (41) vid. Groſſii Sidera Sileſiæ & Luſatiæ, litt. S. (42) vid. Prætorii Biblioth. Homil. P. I. Indice 5.

(43) demum verbi Divini Miniſter Dirſchavienſis in Boruſſia, (44) Theologus & Orator percelebris, claruit circa A. 1660.

Multa tulit Genitor patienter & omnia vicit,
Multa tulit Gnatus fama ſuperſtes ait.

(LXXXII.) SPERERUS (JEREMIAS) Medicinæ Doctorandus, Medicus olim Caſtrenſis, (45) ac artis ſuæ egregius Practicus & felix. Vir virtute, fama & eruditione quondam percelebris.

Qui Virtutis epos laudat, laudare Spererum
Debet, virtutum fama Spererus erat.

(LXXXIII.) STIEGLITZ (GEORGIUS) Medicinæ Doctor, Phyſicus antea Leorinus, Gedanenſium poſtea Poliater (46) in Boruſſia. Medicus magni Nominis, ivit viam univerſæ carnis anno 1675. (47)

Arte Machaoniâ celebrem me Pruſſia dicit,
Nempe meam longo tempore ſenſit opem.

(LXXXIV.) STIEGLITZ (JOHANNES) Medicinæ Doctor, & Phyſicus quondam Reipublicæ Laubanenſium in Luſatia ſuperiori. (48) Vir probus & felix artis ſuæ Practicus.

Nomen grata tuum Stieglitzi, fide Machaon
Luſatiæ memori carmine Lauba canit.

(LXXXV.) SUEVUS (CASPAR) Phil. Mag. & Scholæ Leorinæ initium Rector per ſeptennium, poſtea Reipublicæ Patriæ Syndicus. Vir de Leoride ſua optime meritus, (49) obiit 9. Calendas Januar. (50) anno 1585.

(43) ab anno 1652, teſte Groſſio l. c. (44) vid. Fechneri Sylv. Elyſ. p. 84. (45) Fechnerus l. c. pag. 84. alius tamen eſt Jerem. Sperer[illegible] Hirſchberg. Conſi[illegible] Ducalis Lygio Bregenſis, de quo in noſtris eruditis Cervimontanis. (46) Fechnerus l. c. p. 84. (47) vid. Groſſius l. c. qui tamen ipſum confundit cum Johanne Medico Laubano. (48) Fechner. p. 78. & 82. Fibiger l. c. cap. 7. p. 250. (49) vid. Suevi Ornam. Leobergæ litt. I. ult. (50) Groſſius l. c. litt. S.

Ingenuos docui pueros fideliter artes,
Syndicus & patria fidus in urbe fui.

(LXXXVI.) SUEVUS (CASPAR) Phil. Mag. & Gymnasii quondam Leobergensis plus annis viginti Rector atque Professor, (51) & non solum Leorinæ, sed & totius Silesiacæ pubis olim Præceptor, ex cujus ludo tanquam ex equo Trojano innumeri prodierunt docti viri, (52) obiit 12. Calend. Novembr. anno 1625. (53) Vir de commissis sibi adolescentibus insigniter meritus, Philosophus, Orator, Historicus & Poëta. (54) Scripsit Mnemosynen Leorinam, (55) seu Orationem de præcipuis Leobergæ Ornamentis, (56) editam Lignitii, ann. 1611. 4to. (57) Et Elegantias Latinitatis Cæsareanæ ex Julii Cæsaris Commentariis collectas, (58) impressas Witteb. 1586. 8vo. Ejus Effigies cernitur in templo Leorino hac inscriptione:

M. Caspar Suevus, Leorinus Silesius, Philosophus liberrimus, Logicus acutissimus, Poëta ingeniosissimus, Gymnasii Patrii per annos 21. Rector fidelissimus. Moritur anno salutis 1625. d. 21. Octobr. ætatis suæ 48. Symbolum: Candide & constanter.

Sueve,

(51) vid. D. Joh. Meisneri Programma invitatorium ad Exequias D. Godofredi Suevi, Prof. Leucorei anno 1659. defuncti, litt. I. & Johannis Hermanni Epigrammata, p. m. 475. (52) teste Joachimo Nergero in Parentatione lat. Godofr. Suevo habita litt. K. (53) vid. Hankii Orationes, p. 233. (54) vid. Lucæ Schlesische Denckwürdigkeiten/ pag. 580. Fechn. Sylv. Elys. p. 75. & ex eo Fibigerus ad Henelium, cap. 7. p. 247. (55) M. Godofr. Dewerdek. Archi-Diacon. & Biblioth. Petro-Paulinus Ligmicii in Silesia sua Numismatica, pag. 641. (56) in qua multa de præcipuis patriæ suæ laudibus erudite congessit, teste Nicol. Henel. in Silesiogr. renov. vat. cap. 7. §. 76. (57) vid. Lipenius in Biblioth. Philos. pag. 804. & Hankius de Silesiorum rebus Collegium MStum, P. I. cap. 2. §. 24. (58) vid. Draudius in Biblioth. Classica lat. pag. 1460. Lipenius l. c. pag. 425. & Henning. Witte, T. I. D. B. ad annum 1625.

Sueve, tui paſſim celebratur Gloria Ludi,
Hoc tua ſedulitas ingeniumque facit.

(LXXXVII.) SUEVUS (CASPAR) Medicinæ Doctor, (59) Electoralis Saxonicus Archiater, (60) Vir & Medicus eximius.

Tu noſti varios flores, herbasque ſalubres,
Arte Machaonia tu quoque clarus eras.

(LXXXVIII.) SUEVUS (JOHANNES) Phil. Mag. & in Schola quondam Leorina Præceptor, egregiusque Juventutis Scholaſticæ Informator, (61) floruit Seculo XVI.

Sueve, Decus Patriæ, tua corpora Parca ſepulcro
Tradidit, aſt famam rodere nulla poteſt.

(LXXXIX.) SUEVUS (GODOFREDUS) J. U. D. (1) & P. L. C. (2) Codicis in Academ. Leucorea Profeſſor Publ. Electoralis Judicii & Scabinatus, Conſiſtorii Wittebergenſis, nec non Facultatis Juridicæ ac Provincialis Dicaſterii in Luſatia inferiori Adſeſſor. (3) Leobergæ natus eſt anno 1615. propridie Decemb. Patre Caſpare, Gymnaſ. Rectore: obiit Witteberg. 4. Cal. Aprilis 1659. ætatis ſuæ 44. (4) Vir politiori lite-

(59) anno 1630. Witteb. factus vid. Sennert. Athen. Witteberg. p. 118. (60) vid. Fechneri Sylvæ, pag. 84. (61) teſte Groſſio l. c. litt. S. (1) in Academ. Witteberg. 1643. creatus, vid. Sennert. l.c. pag. 110. (2) anno 1638. à D. Carpzovio, Comite Palatino Cæſareo, creatus, ex vitæ curriculo. (3) vid. Pauli Freheri Theatr. clarorum Virorum, p. 1150. & 1151. ipſe Suevus noſter in Academia Witteberg. litt. L. l. l. 3. prolixius vita & laudes ejus [illegible]enſentur in Joach. Nergeri Parentatione latina Suevo noſtro habita, & in Calovii Concione funebri, edit. Witteb. 1659. 4to. (4) vid. Programma Exequiale D. Joh. Meisneri t. t. Rectoris Magnifici Witteberg. quod cum Epicediis Variorum prod. Witteberg. anno 1659. 4to. conf. Cunradi Sileſ. tog. p. 302.

literatura & ſolida eruditione præditus, ingenioſa judicii alacritate inſtructus, ſpectabilique rerum agendarum peritia clariſſimus. (5) Effecit Exercitationes feudales, anno 1658. editas. (6) Synopſin Practicæ Criminalis, Witteberg. 1669. 8vo. (7) Diſputat. XII. de Pace Religionis, Witteberg. 1656. 4to. Diſputationes ad Jus Perſonarum, anno 1651. 4to. (8) de Plagio Kauffunginiano. Diſputationes: de Injuriis, de Jure tutelarum, de Peſte, de Fide, & aliis materiis Juridicis, (9) reliquit vitam & famam JCtorum Witteb. MSt. (10) & Academ. Witteb. ab anno fundationis M D II. ad annum M D C L V. deſcriptam editamque (11) Wittebergæ anno 1655. 4to. Epitaphium ejus in cœmeterio templi Parochialis hoc eſt:

Hic ſitum eſt
Et in ſpem glorioſæ
Reſurrectionis depoſitum
Quicquid caducum & mortale habuit
Godofredus Suevus,

Leorinus Sileſius, J. C. & Cod. P. P. Electoralis curiæ, Scabinatus, & Facultatis Juridicæ, item Jud. Eccleſiaſt. quod hic eſt, nec non Provincialis in inferiori Luſatia Aſſeſſor, Vir politiori literatura & ſolida eruditione præditus, ingenioſa Judicii alacritate inſtructus, ſpectabilique rerum agendarum peritia clariſſimus. Hic ſuæ fortunæ faber in principem locum propria virtute adſpiravit, dignus, qui omnibus Academicis honoribus

(5) teſte Epitaphio mox adducendo ex Sennerti Athenis Witteb. lib. II. cap. 4. p. 251. & 252. (6) König. in Biblioth. pag. 784. & Cornelius à Beughem in Biblioth. Jur. p. 230. (7) Lipenius in Bibl. Jur. p. 406. (8) Lipenius p. 183. & 386. & in Biblioth. Theol. T. II. p. 454. (9) vid. Witte[illegible] Tom. I. Diarii Biogr. ad annum 1659. (10) vid. vitæ curriculum apud Calovium l. c. litt. G. ult. (11) vid. Theiſſerius in Catalogo Catalogorum, pag. 111. Corn. à Beughem in Bibl. Hiſt. pag. 248. & Caſp. Thürmannus in Bibliothec. Acad. p. 249.

bus perfungeretur, in ſingulis Officiis muniisque, ingenti cum laude induſtriæ, fidei, dexteritatis verſatus, DEO pietatem, æquitatem proximo, ſibi integritatem Conſcientiæ approbavit. Inuſitata innocentia vitæ, morumque ſupra captum ſeculi probitas admirabilem, candor, modeſtia, pacis ſtudium omnibus carum & æſtimatum, pertinax Labor de Academia & ſtudiis ſacratiſſimarum Legum meritiſſimum fecerant, quid igitur mirum, ſi cum luctu & deſiderio bonorum omnium mortalitati ereptus ſit? Natus eſt Leobergæ Sileſiorum d. 13. Decemb. Anno CIↃ IↃ CXIV. diem ſuum obiit Wittebergæ d. XXIX. Mart. Anno M DC LIX. æternæ memoriæ patris incomparabilis, piiſſimi & in exemplum bene meritiſſimi, Liberi ex intimo Pietatis affectu lugentes, & perpetuo mœrore confuſi H. M. P. C.

Theologos cenſos, Medicos, Vatesque, Sophosque
Quot, quantosque tulit Leucoris alma noto.

(XC.) WEISHAUPT (JOACHIMUS) initium Collega Scholæ Leorinæ, poſtea primus Evangelicæ Veritatis Præco Wſchoviæ in Polonia majori (12) circa annum 1552.

Primus ego Vites plantavi & Apollo rigavit,
Incrementa DEUS vinitor ipſe dedit.

(XCI.) WERDERUS (BLASIUS) Eccleſiæ Patriæ Leorinæ Diaconus, Theologus eruditionis multæ, ſed vitæ brevioris, (13) natus fuit Anno 1604. ipſis Nonis Octobr. obiit in ipſo ætatis flore Anno 1632. II. Calend. Octobr.

Occi-

(12) Nachdem Anno 1552. den 30. April/ den Abend vor Philippi Jacobi/ der letzte Römiſch-Catholiſche Pfarrherr geſtorben iſt/ darauf das heilige Evangelium/ laut der Augſpurgiſchen Confeſſion, zum erſten von Joachimo Weißhaupten/ von Lemberg/ geprediget worden. Sunt verba Pauli Clapii im Frauſtädtiſchen Evangelien-Licht/ litt. F. 3. b edit. Gorlic. anno 1672. 4to. (13) vid. Groſſii Sidera, litt. W. mortuo parentavit

Occidis in medio vitæ velut herba vigeſcens,
Quæ curva ſubito falce reſecta cadit.

(XCII.) WINCLERUS (NICOLAUS) Illuſtriſſimis Ducibus Lygio-Bregenſibus quondam à Conſiliis aulicis, & à Directione Cameræ Ducalis, (14) vagire cœpit Leobergæ 4. Idus Maji Anno 1587. deſiit vivere Vratislav. d. 19. Febr. Anno 1649. cum vixiſſet annos 61. Septimanas 40. & dies 3.

Præſide me crevit tua Burſa, George-Rudolphe,
Conſiliis noſtris aulica fama ſtetit.

(XCIII.) WIRTHIUS (GEORGIUS) Petri Frater, (15) Philoſ. & Med. Doctor, primum Liburnenſis Provinciæ (quæ hodienum Carinthia dici ſolet,) Phyſicus Ordinarius, poſtea Potentiſſimi Ludovici, Hungarorum, Bohemorumque Regis, Archiater, ultimum Decanus Budiſſinenſis in Hexapoli. (16) Natus fuit Leobergæ Anno 1470. obiit Gorlicii in Luſatia d. 19. Martii, Anno 1524. (17) ætatis 54. Vir egregie doctus, & ſeculi ſui Æſculapius. Extant ejus Literarii Otii Symbola, (18) in omne ævum perduratura, quæ autem, quantum ſcimus, poſteritas nondum vidit edita. (19) Gorlicii adeptus eſt hoc Epitaphium: Geor-

tavit Chryſoſt. Scholtz, vid. Parentat. Sileſ. Part. II. p. 634. & ſeqq. (14) vid. Cunrad. Sileſ. tog. p. 337. it. die Schleſiſche Kern-Chronicke / P. II. cap. 10. p. 705. (15) teſte Stopnero in Inſcript. Lipſ. pag. 44. (16) vid. Nic. Reusneri Icones litt. C. 6. edit. Argentorat. 1587. & Joh. Rivius in Carmine de Wirthio noſtro ad Reusnerum l. c. litt. C. 2. it. Lucæ Denckwürd. p. 609. (17) vid. Zeilerus in Theatro virorum eruditor. pag. 99. qui ejus quoque Iconem exhibet, vitam ejus quoque recenſet Henelius apud Fibigerum l. c. cap. 7. p. 252. conf. Caſp. Cunradi Proſopogr. Mel. Mill. I. p. 202. Val. Bayeri Diarium Hiſtor. p. 123. & Suevi Mnem. Lyne. Leobergenſis, litt. L. 6. (18) Perperam tamen huic tribuit König. in Biblioth. p. 872. vitam Chriſti, quæ Petrum Wirthium verum agnoſcit Autorem. (19) vid. Hanckius de Sileſior. erud. indigenis cap. LXV. p. 194. ſeqq.

Georgius Wirth, Leobergenſis Sileſius, Ludovici, Bojemiæ & Hungariæ Regis, Archiater, à quo tandem, ſplendidiſſimo iſto cum laude & dignitate perfunctus munere, Budiſſinæ Luſatiorum conſtitutus eſt Decanus, ſingularis meriti ergo. Gorlicii feliciter obiit anno 1524. ætatis LIV.

Carniolæ Ducibus, Regi dein Pannonis oræ
Gratus eram Medica Doctor in arte bonus. (20)

(XCIV.) WIRTHIUS (GEORGIUS) Med. Doctor, & Practicus Viennæ in Auſtria, ſed cum vix exercere cœpiſſet Medicinam, rebus humanis exemptus eſt, (21) Anno 1566. ætat. 30. (22) Medicus arte bonus, & Poëta natura lepidus ac facundus, reliquit Carmina quædam & Epigrammata, (23) quæ cum jucunda admiratione leguntur.

Vix annos licuit ter denos claudere vitæ,
Cum te proſtraſſet tetra Diana virum.

(XCV.) WIRTHIUS (MICHAEL) primum Phil. & J.U.D. hujusque in Academia Lipſienſi Profeſſor (24) publicus, deinde Illuſtriſſ. Saxoniæ Ducum Conſiliarius & Cancellarius, (25) tandem Judicii ſupremæ Curiæ Electoralis Aſſeſſor & Canonicus Martisburgenſis, (26) & Juridicæ Facultatis Lipſ. Ordinarius. Natus fuit Leobergæ pridie Nonas Jan. 1547. obiit 5. Nonas Dec. Anno 1611. (27) teſtamento legavit

(20) vid. Cunrad. Sileſ. togat. p. 338. (21) vid. Suevi Mnemoſyn. Leorina litt. L. 2. & Stepneri Inſcriptiones Lipſienſ. num. 25. (22) Reusneri Iſagoga, pag. 669. (23) Leguntur nonnulla in Nicol. Reusneri Iconibus paſſim. (24) teſte Schneidero in Chronico Lipſienſi, pag. 321. (25) vid. Mülleri Annal. Saxon. p. 195. & 199. 201. (26) vid. Joh. Vulpii Megalurgia Martisburg. cap. 14. p. 320. & Stepnerus in Inſcript. Lipſ. pag. 310. (27) vid. Paulus Freherus in Theatro, p. 988. Conf. quæ habet Henelius in Sileſ. tog. apud Fibigerum l. c. cap. 7. p. 255.

XII. Studioſis 4000. florenos Rhenenſes. (28) Vir fuit eruditus, JCtus, Politicus, Hiſtoricus & Orator, ſcripſit Orationem de amplitudine ſtirpis Wittekindeæ Saxon. Lipſiæ editam 4to. (29) & alia quædam. Lipſiæ cernitur ejus Monumentum (30) hocce:

Michaël Wirth, Leobergenſ. Sileſ. Phil. & J. U. D. & Profeſſor, & Collega Collegii B. Virginis, deinde Illuſtriſſ. Saxon. Ducum Cancellarius, tandem Judicii ſupremæ Curiæ Elector. Aſſeſſor, & in Conſiſtorio Eccleſiaſt. Præſes, Canonicus Martisburgenſis, & Facultatis Juridicæ Ordinarius, è vita deceſſit d. 3. Menſ. Decembr. Anno M DC XI. ætat. 64. ejus corpus demortuum reſurrectionem ad vitam æternam expectat.

Quam mihi dum vixi famam ſacra Jura dedere,
Nunc auget Sleſis menſa parata meis.

(XCVI.) WIRTHIUS (MICHAEL) ſecundus J. U. D. atque in Academia Lipſienſi Profeſſor (31) publicus, Conſiliarius Electoralis Saxonicus, & Ducalis Coburgenſis Cancellarius, (32) Conſiſtorii apud Lipſienſes & ſupremæ Curiæ Provincialis Aſſeſſor, Collegii B. Virginis Collegiatus, (33) & Canonicus Martisburg. (34) Vir clariſſimus, JCtus magnæ prudentiæ & moderationis. (35) Natus fuit Leobergæ (36) d. 14.

(28) teſte Cunrad. Sileſ. togat. p. 338. (29) vid. Draudii Biblioth. Claſſ. lat. p. 1260. & Witte Tom. I. Diarii Biograph. ad Ann. 1611. (30) vid. Stepnerus l. c. pag. 79. & 80. plura vide in Höpffneri Oratione funebri Wirthio noſtro habita & edita Lipſ. 1612. 4to. teſte Ant. Theiſſerio in Catalogo, p. 124. (31) vid. Lucæ Schleſiſche Denckwürd. p. 606. & Fechneri Sylvæ, p. 82. (32) vid. Mulleri Annales Saxon. pag. 308. (33) vid. Caſp. Suevi Mnemoſyne Leorina in Dedicatione, pag. 1. (34) vid. Vulpius in Megalurgia Martisburgenſi, cap. 14. p. 302. (35) prolixius Nic. Henelius in Sileſ. togata apud Fibigerum pag. 258. (36) male itaque eruditis Laubanenſibus inſeritur apud Hoffmannum in Hiſtoria Paſtorum Primariorum Laubanenſium, p. 195.

d. 14. Octobr. Anno 1571. obiit Lipſ. d. 25. Maji Anno 1618. ætat. 47. (37) in cœmeterio Lipſienſi hoc legitur (38) Monumentum:

Par Conjugum lectiſſ. Michael Wirth, Leoberg. J. U. D. & P. Elect. Saxon. Judicii Appellat. & Conſiſtorii Eccleſ. nec non Facultatis Juridic. Lipſ. Aſſeſſor, Nationis Polonicæ, Collegii B. Virginis Senior, & Canonicus Martisburg. natus 14. Octobr. 1571. denatus 25. Maji 1618. Et Eliſabetha, Dn. D. Polycarpi Lyſeri, Elect. Saxon. Theologi, Filia, Witteb. nata 12. Jan. 1585. denata ----, huc quod mortale habuerunt poni curarunt.

Inque choro, inque foro, inque toro tua laus viget ampla,
Perfectus perſtas, Judice quove, Trivir. (39)

(XCVII.) WIRTHIUS (PETRUS) Phil & S. S. Theologiæ Doctor, Cathedralis Eccleſiæ Vratislav. & Collegiatæ Lignicenſis Canonicus, (40) nec non Academiæ Lipſienſis (41) Profeſſor, ac B. Virginis Collegii Collegiatus. (42) Natus fuit Leobergæ Anno 1641. menſe Julio, (43) obiit Romæ (44) Anno 1521. d. 18. Julii, (45) ætatis 60. Vir ingenio & doctrina ſuo ævo celeberrimus, Nominis ſui Memoriam reliquit in illo Pſalterii Davidici & Hymnorum ſacrorum Commentariolo, quod Frater ejus Georgius aliquandiu retinuit, poſtea vero per curam Johannis Rhambæ, Lipſ. anno 1540. prodiit 12mo. (46) recuſ. ibid. Anno 1592. (47) 8vo. Sepulto noſtro

(37) vid. die Schleſiſche Kern-Chron. Part. II. p. 705. (38) vid. Stepneri Inſcript. Lipſ. p. 255. (39) vid. Cunradi Sileſ. tog. pag. 338. (40) vid. Stepnerus l. c. lib. 1. pag. 43. (41) & Anno 1510. Univerſitatis ibid. Rector, teſte Schneidero in Chronico Lipſ. p. 204. (42) vid. Caſp. Schwenckfeld. in Sileſ. graph. litt. C. 2. & Suevi Mnemoſyne Leorin. Lit. K. 2. (43) vid. Cunradi Sileſ. tog. pag. 339. (44) Stepnerus l. c. p. 44. (45) Reusnerus in Iſagog. Hiſt. pag. 669. & Henelius in Sileſ. tog. apud Fibig. p. 251. (46) vid. Biblioth. Jacobæa, P. I. p. 100. (47) vid. Serpilii Lieder-Gedancken/ pag. 99. & in der Fortſetzung / pag. 52.

in Campo ſancto Romæ (48) Martinus Wirthius condidit Monumentum:

Reverendo & Clariſſimo D. Petro Wirth, ex Sileſiorum Gente Germano, Patria Lembergenſi, Canonico Vratislavienſi & Lignicenſi, Collegii B. Virginis in Acad. Lipſienſi Collegæ, ex hac vita in fide & confeſſione Chriſti ad cœleſtem patriam evocato, depoſitis hoc in loco ipſius exuviis Martinus Frater pietatis ergo P. C. obiit anno ſalutis M D XXI. d. XVII. Julii, ætat. LX.

Ad Canonum Leges ſanctum mihi vivere votum
Hoc voto in mundo, nunc mea fama viget.

(IIC.) WIRTHIUS (POLYCARPUS) J. U. D. & Electoralis Judicii Lipſienſis Aſſeſſor. (49) Natus fuit Leobergæ 12. Maji An. 1609. Naturæ ſatisfecit 27. Sept. 1654. ætat. 45.

Dum Polycarpe, aperis viridaria ſancta Themiſtos,
Hoſpes in Aſtrææ diceris æde pius.

(1C.) ZEIDLERUS (JOHANNES) Phil. & Med. Doctor, (50) initium Practicus Dresdenſis, hinc Poliater Ilburgenſis, tandem Chirurgiæ & Anatom. Profeſſor Publ. Lipſ. (51) Facultatis Medicæ Decanus perpetuus, (52) Collegii Paulini Decemvir & Collegiatus. Natus fuit Leorini d. 6. Aug. Anno 1596. ceſſit fato d. 13. Nov. 1645. (53) Vir Judicii & Ingenii admirabilis, Philoſophus, Mathematicus & Aſtronomus eru-

(48) vid. prolixius B. Mart. Hankius in Sileſiorum Eruditis indigenis, cap. XLII. pag. 189. (49) vid. die Schleſiſche Kern-Chronicke / P. II. p. [illegible]. & Cunradi Sileſ. togat. pag. 339. (50) vid. Fechneri Breviarium German. p. 302. (51) vid. Schneiderus in Chronico Lipſienſi, p. 324. conf. Henning. Witte in D. B. T. I. ad Ann. 1645. (52) vid. Im. Lucæ Chronicon Sileſiæ, pag. 610. (53) vid. Joh. Henr. Cunrad. Sileſ. togat. p. 342.

eruditus, (54) ac Medicus experientiſſimus, (55) reliquit Diſputationes, de Plica Polonica, Lipſ. 4to. de Dolore Colico, Lipſ. 1636. 4to. & forte plura. Monumentum ejus ita ſe habet: (56)

Quieti Chriſtianæ & beatæ ſpei Johannes Zeidlerus, Leoberg. Sileſ. Phil. & Med. Doctor, Facultatis Medicæ Decanus, perpetuus Therapevt. P. P. Collegii hujus Paulini Decemvir, ac utriusque Principum Maj. & Min. Collegiatus, dedicavit ſibique & uxori conjunctiſſimæ Mariæ Krumbholtziæ inſequentis Ann. 1654. d. 29. Jan. pie denatæ. Nec non VII. Liberis ac Socrui Eliſabethæ Clauſin H. M. V. P. Anno quo

zeIDLerI trInæ ELIſabeth MarIa Annaque gnata
FVnerIs eXeqVIas obtInVere sVas.
Surgite mortui
&
Venite ad Judicium.
Cæſariem promitte, gemis & demite Barbam,
Sic fueris veſtri vivus Apollo chori.

(C.) ZEIDLERUS (JUSTINUS) JCtus Reipublicæ Patriæ Senator & Prætor, Vir egregie doctus, & de Leoride ſua, tempore imprimis Luis contagioſæ, optime meritus. Natus fuit Leobergæ anno 1585. abreptus eſt peſte ibidem graſſante d. 29. Auguſt. Anno 1625. ætat. 40.

Fortis ut in medio moritur Certamine miles,
Sic mediâ cœlum tu quoque peſte ſubis.

(54) vid. Henelius in Sileſ. togat. apud Fibigerum in Scholiis. (55) vid. Joh. Fechneri Sylvæ Elyſiæ, p. 78. & 81. (56) vid. Stepneri Inſcriptiones Lipſienſ. lib. I. num. 201. p. m. 66.

FINIS.

(o)

Biblioteka Śląska

S 4